

REGVLA SAN
CTISSIMI BENE
DICTI MONACHORVM
OMNIVM PATRIS
ALMIFICI.

Gratia Benedictus & nomine.

SPIRITV PLENVS FVIT.



VIR DOMINI BENE DICTVS

OMNIVM PATRIS

¶ Cum facultate Supremi Senatus sanctæ & gene
ralis Inquisitionis, & Ordinarij.

*Excudebat Antonius Riberius Obysippone, expensis Con
gregationis Sancti Patris Benedicti.*

1586.


DE mandato supremi Senatus sanctæ Inquisitionis generalis Lusitanie perlegi hanc Regulam beati Benedicti, cum omnibus quæ in hoc volumine continetur, & digna sunt quæ typis excudantur, scilicet, Sancti Benedicti Regula, & Cathalogus rerum memorabilium huius ordinis. 12. Februarij. 1586.

Frat. Bartholomæus Ferreira.

¶ **VISTA** a informação, podese imprimir, em Lisboa 27. de Feuereiro de 86. & depois de impresso tornará a esta mesa com o original, pera se conferir com elle, & se lhe dar licença pera correr.

Paulo Afonso. Iorge Sarrão. Antonio de Médoça.

¶ Poderseá imprimir como acima se contêe, em Lisboa 6. de Março. de 1586. Christouão de Matos.



¶ **Exhortatio sanctæ Regulæ ad Lectorem.**

¶ *Hinc me diuino Benedictus ab ubere suxit;*

Hinc me natis pressit in ora suis.

Hoc aluit sceptru, hoc baculos, hoc fortia lacte

Pectora, & Idaly nescia membra thori.

Suge precor, nostri lac suscipe gratis alumni:

Hæc tantum verus munera pastor amat.

Suge, licet vilis lateat sub cortice mulcra,

Hybleos condunt vimina texta fauos.

Suge, oculis lucem, plantis iter, aurea menti,

Secla, impolluto si bibis ore, dabit.

REVERENDISSIMO AC RELI-
 giosissimo patri Fratri Placido Abbati Generali,
 ac Reformatori Congregationis Sancti
 Benedicti Tibianensis de obseruantia
 Regni Portugaliæ, subditus mini-
 mus eiusdem ordinis
 S.



*Antum nobis emolument i ex
 hac sanctissimæ Regule in lu-
 cem editione prouenit, vt nullū
 aliud munus cum hoc merito
 conferri posse iudicem: si enim
 gratius est beneficiū recipienti
 quo & pretiosius, & vtilius,
 quid maioris pretij, aut utilita-*

*tis existimandum quam id, quo circa virum Dei Benedi-
 ctum tanta claritas excreuit, vt in terris positus in caele-
 stibus habitaret? Prius enim monasticæ doctrinæ meritis
 Speculum bonorum operum factus mundo, & spiritu om-
 nium iustorum plenus fuit, quam eam discipulis obseruā-
 dam proponeret: nos verò, cum eiusdem veræ vitis palmi-
 tes simus, simili charitatis nodo in illa manentes multum
 etiam fructum ferre possumus. Quare omnes, qui eius-
 dem sanctissimi patris mandatorum viam in odorem vn-*

Dialog:
 Greg. 2.

Ibidem:

vt ex lo-
 co, vt sup
 colligit.

Ioā. 15.

Psal. 118,

iuxta
Christi
parabo.

gentorum tuorum currimus, non possamus non im-
mortales tibi gratias agere, cum tam necessario nos, ac pe-
nè insperato beneficio affeceris: eò namq; egestatis perue-
nit tot. martyrum sanguine, tot pontificum lucernis, tot
doctorum. sale, tot confessorum talentis, tot virginum the-
sauris, tot denique Imperatorum, Regum, ac Principum
sceptris illustrata religio, vt nec totius congregationis red-
ditus sufficerent ad breuissimum preceptorum, quæ pro-
fitemur, libellum prælo mandandum: ita vt reèclè Hière-

Thre. 1. miacum illud de ea dici posset: Facta est quasi vidua do-
mina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tri-
buto. Qua seruitute cum eam olim velut alter Moyses ru-
bi incombusti igne inflammatus liberaueris, diuinæ legis
tabulas iam nunc ad dominum Deum suum conuersa re-
parare non dubitasti. Eam igitur per desertam humanæ
vitæ eremum eadem, qua cœpisti, ardentis prudentiæ co-
lumna dūclam, & cœlestis doctrinæ cibo refectam inui-
elissimo duci Iosue tradere conare, qui obuys hostium
exercitibus profigatis in terram lacte,

& melle fluentem in-
troducat.

(22)



INDEX ALPHABETICVS

eorum omnium quæ in hac Diui Benedicti

Regula continentur.

A.



BBAS quomodo vices Christi agat. fol. 4.
& fol. 40.

Abbas diligenter cogitet quid sit. fol. 5. & 40.

Abbas fratres ad consilium adhibeat. fol. 6.

Abbas qualiter circa hospites se habere debeat. fol. 33. & 34.

Abbas non sit personarum acceptor. fol. 5.

Abbatibus qualitas. fol. 4.

Abbatibus nomen qui suscipit, qua doctrina suis debeat præesse discipulis. fol. 5.

Abbatibus officium. fol. 5. (???)

Abbatibus sollicitudo circa excommunicatos. fol. 21.

Abbatibus coquina. fol. 34. (???)

Abbatibus mensa. fol. 35. (???)

Abbatibus ordinatio. fol. 40. (???)

Abbatibus frænum. fol. 41. (???)

Abbatibus sollicitudo circa infirmos. fol. 25. (???)

Absentium fratrum commemoratio. fol. 43. (??)

Alleluia quibus dicatur temporibus. fol. 16.

Animarum salutem Abbas in omnibus conquirat. f. 21.

Apostatæ quoties recipiantur. fol. 22.

Artificis monasterij qualiter se gerere debeant. fol. 36.

B.

Balnearum vsus quibus et quando concedatur. f. 25.

Benedictio ministrorum mensæ. fol. 25.

Benedictio Lectoris mensæ. fol. 26.

Benedictionis petitio à prætercuntibus. fol. 34.

Bibendum quod non sit ad facietatem vsque. fol.27.
 Bibere vel comedere extra horam quod nullus praesu-
 mat. fol.29.

Bonorum operum instrumenta quae sint. fol.7.

Breuientur orationes in conuentu. fol.19.

Breuientur lectiones in matutinis quando. fol.14.

C.

¶ Cedere aut excommunicare vt quisquā passim non
 praesumat. fol.44.

Cantare & legere non praesumant incapaces. fol.31.

Carnium esus quibus liceat. fol.27.

Cellarius monasterij qualis esse debeat. fol.22.

Charitatem fraternam sibi mutuo casto impendant
 amore. fol.45.

Tiborum mensura qualis. fol.26.

Cibum augere Abbas potest. fol.27.

Clericorum susceptio. fol.38.

Commouens quomocunque priorem, prostratus sa-
 tisfaciat. fol.44.

Comedere extra monasterium nullus audeat. fol.33.

Communia sint omnibus omnia. fol.24.

Congregationis ordo. fol.39.

Corporis proprii potestatem professus non habet. fol.37.

Correpti sapius quid si non emendauerint. fol.22.

Corripiantur qualiter pueri in minori aetate. fol.22.

Culparum excommunicatio. fol.23.

Cultus diuini dispositio & horarum ordinatio. a fol.13.

vsque ad fol.19.

Curratur omnibus relictis ad opus Dei. fol.28.

D.

¶ Dare omnia necessaria Abbas debet. fol.35.

Dare

INDEX

Dare & accipere nulli licet sine Abbatis licentia & iurisdictione.	fol. 24.	(::::)
Decani monasterij eligantur.	fol. 19.	(::)
Defendere quis alium non audeat.	fol. 44.	(::)
Delinquentium pœna & correctio.	fol. 30.	
Derur cuiq; quod opus est.	fol. 24.	(???)
Disciplina psallendi.	fol. 19.	(????)
Disciplina suscipiendorum fratrum.	fol. 36.	
Discipulorum obedientia.	fol. 8.	(::::)
Distributio psalmorum.	fol. 17.	(????)
Diuina officia in noctibus.	fol. 13.	(????)
Diuina opera qualiter per diem agantur.	fol. 16.	
Dispositio dormitionis.	fol. 19.	(::)

E.

Ætas in ordine non discernatur.	fol. 40.	
Elationem fugiant ordinati in sacris.	fol. 39.	
Enagare extra monasterium quod non expediat.	fol. 43.	
Eulogia vel liceras nullus sine licentia accipiat.	fol. 34.	
Excommunicatio culparum.	fol. 20.	(::)
Excommunicationis modus qualis esse debeat.	ibidem.	
Excommunicati pro grauioribus culpis ab oratorio & à mensa, quomodo satisfaciant.	fol. 29.	

F.

Fabulis vacans quomodo corripatur.	fol. 31.
Fallentium in oratorio satisfactio.	fol. 30.
Ferramenta monasterij qualiter tractentur.	fol. 23.
Festinent se fratres ad horas prouenire.	fol. 20.
Flectere genua laborans in oratione debet.	fol. 32.
Femoralia exeuntes recipiant.	fol. 35.
Frater fratri non iungatur hora incompetenti.	fol. 32.
Frès egressi de monasterio, an & quoties recipi debeant.	f. 22.

INDEX.

- Fratres qui longè ab oratorio laborant; aut sunt in via
qualiter se habere debeant. fol. 32.
Fratres quando foras manducare debeant. fol. 33.
Fratres sibi inuicem sint obedientes. fol. 44.
Fructus si necesse fuerit fratres per se colligant. fol. 31.

G.

- ¶ Genera monachorum quot sint. fol. 3.
Gradus obedientiæ primus quid sit. fol. 8.
Gradus humilitatis qui & quot sint à fol. 10. vsq; ad 13.
Grauiori disciplinæ quis subiaceat. f. 21. & quid de his
qui sine Abbatis licentia iunguntur excommunicatis. ibid.

H.

- ¶ Hebdomadarius Lector. fol. 26. (??)
Hebdomadarij coquinæ qualiter seruiant. fol. 24.
Honore se inuicem præueniant. fol. 40.
Hora competenti dentur & petantur necessaria. fol. 23.
Hora operis Dei à quo sit signanda. fol. 30.
Hospitum susceptio. fol. 33. (???)
Humiliare se debet monachus. fol. 9. (??)

I.

- ¶ Iaceant permixti iuuenes & senes: fol. 20.
Indigeries nunquam monacho surrepat. fol. 27.
Ieiunandi tempora. fol. 27. (::::)
Indumenta fratrum. fol. 34. (::::)
Impossibilia fratri quid si iniungantur. fol. 43.
Infirmorum cura. fol. 25. (::::)
Ingressus facilis non detur nouitijs. fol. 36.
Iuniores priores suos honorent. fol. 40.
Iuniores benedictionem petant à prætereuntibus. f. 40.
Iuuenum disciplina. ibidem.
Iuuenibus Balnea tardius concedantur. fol. 25.

INDEX:

L.

- Labor manuum quotidianus. fol.31. (:)
 Lauari pedes hospitibus debent. fol.34. (???)
 Lectisternia fratrum Abbas frequenter visitet. f.35.
 Lectio mensis fratrum deesse non debet. fol.26.
 Lectioni quando vacandum. fol.28. (:)
 Lectoris conditio. fol.26. (???)
 Linguam ad loquendum prohibeat monachus. f.7.
 Loci ordinatio. fol.39. (???)
 Loquendi rara licentia. fol.9. (???)
 Lumen in dormitorio nocte ardeat. fol.20.

M.

- Magistram regulam omnes sequantur. fol.6.
 Matutini qualiter priuatis diebus agantur. fo.15.
 Matutinorum solennitas quomodo agatur. ibidem.
 Mixtum accipiat lector. fol.26. (:)
 Ministri mensae accipiant singulos biberes. fol.25.
 Monachi an quid proprium habere debeant. fol.24.
 Monachi quomodo dormiant. fol.19. (:)
 Monachi peregrini qualiter suscipiantur. fol.38.
 Monasterium quomodo debeat construui. fol.43.
 Murmuratio ante omnia caueatur. fol.24.

N.

- Necessaria omnia quod a patre monasterij sunt spo-
 randa. fol.24. (:) (:)
 Nobilitate susceptio. fol.37. (???)
 Nocturna laus qualiter astatu tempore agatur. f.14.
 Nomine puro nullus alium nominet. fol.40.
 Nouitij probentur in omni patientia. fol.36.
 Nouicio non licet post professionem collum excutere
 de sub iugo regulae. fol.37.

INDEX.

O.

- ¶ Obedientia sine mora monacho conuenit. fol. 8.
 Obedientia non solum Abbati sed etiam fratribus est
 exhibenda. fol. 44. (:20:)
 Oratio sit breuis & pura. fol. 19.
 Orationis reuerentia. ibidem. (:20:)
 Oratorium monasterij. fol. 33.
 Ostiarius monasterij qualis esse debeat. fol. 42.
 Otiositas monacho nocet. fol. 31.

P.

- ¶ Pauperum susceptio. fol. 37. (:20:)
 Potus mensura. fol. 27. 65
 Præpositi qualitas & ordinatio. fol. 41. 62
 Professionis monachorum forma. fol. 46.
 Proprietatis abdicatio. fol. 24. (::::)
 Psalmi quot horis nocturnis dicendi. fol. 13.
 Psalmi quot per horas diurnas dicendi. fol. 17.
 Psalmorum distributio. fol. 17.
 Psalterium ex integro psallatur per hebdomadam. f. 18.
 Pueri in minori ætate qualiter corripiantur. fol. 22.
 Pulmentaria duo sufficiant. fol. 26.

Q.

(f. 32.)

- ¶ Quadragesimæ obseruatio omni tēpore paucorū est.
 Quadragesimæ temporibus orationi vacandū esse. f. 31.

R.

- ¶ Rationem quomodo debeat Abbas de suis iudicijs.
 fol. 7. & 41.
 Rebellis & contumax quomodo puniatur. fol. 22.
 Refectionis hora. fol. 27.
 Resicientes non vrantur lumine. fol. 28.
 Regulæ imperfectio. fol. 45.

INDEX.

- Regule districtio senibus & infantibus nõ teneatur. f. 25.
 Regula nouitijs ter sub anno legatur. fol. 36.
 Regulam præsentem Abbas in omnibus conseruet. f. 41.
 Requirenda à priore cum humilitate requirantur. fo. 9.
 Res fratrum male tractantium pœna. fol. 23.
 Rîsus facilitatem caueat monachus. fol. 7.

S.

- ¶ Sacerdotis ordinatio. fol. 39. (: 39)
 Sacerdotum susceptio. fol. 38. (: 38)
 Sanis balneum tardius concedatur. fol. 25.
 Satisfactio negligentiarum. fol. 30. (: 30)
 Scutritatis prohibitio. fol. 9. (: 9)
 Seniores honorentur a iuuenibus. fol. 40.
 Senum vel infantum cura. fol. 25. 20
 Septimanarij coquinæ. fol. 24. (???)
 Seruire quomodo debeant fratres per se. ibidem.
 Signo audito omnes currant ad horas. fol. 31.
 Signis necessaria petantur. fo. 26. (: 26)
 Silentij tempus. fol. 28. (???)
 Silentium omni tẽpore seruare studeant monachi. ibid.
 Summo cum silentio oratorium excant. fo. 33.
 Summum silentium in mensa teneatur. fo. 26.
 Sũma grauitas & modestia teneatur in dormitorio. f. 20.
 Sũmum silentium post completorium teneatur. fo. 28.

T.

- ¶ Taciturnitas commendatur. fo. 9. & 12.
 Tacere quando debeamus. ibidem.
 Tarde venientium ad opus, seu horas, vel mensam
 pœna. fo. 29.
 Ter recipiatur apostata. fo. 22.
 Timeant fratres Deum. fo. 10.

INDEX.

- V. **¶** Vasa monasterij munde tractentur. fol. 23.
Vestimenta itinerantium sint meliora. fol. 35.
Vestimentorum qualitatem & quantitatem Abbas consideret. fol. 34. (: : :)
Vestiti dormiant monachi. fol. 20. (: : :)
Viatorum directio. fol. 35. & 43. (: : :)
Viatores monachi qualiter se gerere debeant in exitu & reuersione. fol. 43. (: : :)
Victus ordinatio. fol. 26. (: : :)
Vigiliae qualiter dominicis diebus agantur. fol. 14.
Vigiliae in sanctorum natalitijs qualiter agantur. fol. 16.
Vinum monachorum antiquitus non fuit. fol. 27.
Voluntatem propriij cordis nullus sequatur. fol. 11.
Vox nullius in mensa nisi legentis audiatur. fol. 26.
Z. **¶** Zelus quomodo sit duplex bonus & amarus. fol. 45.
Zelus fratrum quod sit bonus. ibidem. (: : :)

Finis Indicis.



REGVLA SANCTIS- SIMI PATRIS BENEDICTI.

(S^{cu})

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
*Iesu Christi. Incipit prologus regule Sanctissimi pa-
tris nostri Benedicti Abbatis, eximij confessoris,
patris monachorum.*



VSCVLTA, ò fili, præ-
cepta magistri, & inclina
aurem cordis tui, & admo-
nitionem pij patris liben-
ter excipe, & efficaciter cõ-
ple: vt ad eum per obedi-
tiæ laborem redeas, à quo
per inobediæ defidiam

recesseras. Ad te ergo nunc meus sermo dirigi-
tur, quisquis abrenuntians proprijs voluntati-
bus, Domino Christo vero regi militaturus, obe-
dientiæ fortissima, atq; præclara arma assumis.
Imprimis, vt quicquid agendum inchoas boni,
ab eo perfici instantissima oratione deposcas: vt
qui nos iam in filiorum dignatus est numero
computare, non debeat aliquando de malis acti-

B

bus

REGVLA

bus nostris contristari. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est, ut non solum ut iratus pater, suos non aliquando filios exhaeredet: sed nec ut metuendus dominus irritatus malis nostris, ut nequissimos seruos perpetuam tradat ad poenam, qui cum noluerint sequi ad gloriam.

Resurgamus ergo tandem aliquando, excitante nos scriptura, ac dicente. Hora est iam nos de somno surgere. Et apertis oculis nostris ad deificum lumen attonitis auribus audiamus, diuina quotidie clamans quid nos admoncat vox dicens. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Et iterum. Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Et quid dicit? Venite filij, audite me, timorem domini docebo vos. Currite dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos comprehendant. Et quaerens dominus in multitudine populi sui, cui haec clamat, operarium suum, iterum dicit. Quis est homo qui vult vitam, & cupit dies videre bonos? Quod si tu audiens, respondeas, Ego: dicit tibi Deus. Si vis habere veram & perpetuam vitam, prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne lo-

loquantur dolum. Diuerſe à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam. Et cùm hæc feceritis, oculi mei ſuper vos: & aures meæ ad preces veſtras: & antequàm me inuocetis, dicã, Ecce adſum. Quid dulcius nobis hac voce Domini inuitantis nos, fratres chariſſimi? Ecce pietate ſua demonſtrat nobis Dominus viam vitæ.

S Vccinctis ergo fide, vel obſeruantia bonorum actuum lumbis noſtris, & calciatis in præparatione euangelij pacis pedibus, pergamus itinera eius: vt mereamur eum, qui nos vocauit, in regno ſuo videre. In cuius regni tabernaculo ſi volumus habitare, niſi illuc bonis actibus currendo, minimè peruenitur. Sed interrogemus cum Propheta Dominum, dicentes ei. Domine, Pſal. 147 quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Poſt hanc interrogationem fratres, audiamus Dominum reſpondentem, & oſtendentem nobis viam ipſius tabernaculi, & dicentem. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua. Qui non fecit proximo ſuo malum: & opprobrium non accipit aduerſus proximum ſuum.

REGVLA

Qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi, cum ipsa suasionem suam à conspectibus cordis sui respuens, deduxit ad nihilum; & paruulos cogitatus eius tenuit, & allisit ad Christum.

QVI timent Dominum, de bona obseruantia sua, non se reddunt elatos: sed ipsa in se bona non à se posse, sed à Domino fieri existimantes, operantem in se Dominum magnificant, illud cum Propheta dicentes, Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo dagloriam. Sicut nec Paulus Apostolus de prædicatione sua sibi aliquid imputauit, dicens, Gratia Dei sum id quod sum. Et iterum ipse dicit: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Vnde & Dominus in Euangelio ait: Qui audit verba mea hæc, & facit ea, similibo eum viro sapienti, qui ædificauit domum supra petram. Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: quia fundata erat supra petram. Hæc complens Dominus, expectat quotidie, his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum huius vite dies ad inducias relaxantur, dicente apostolo. An nescis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?

Nam

Nam pius Dominus dicit, Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Cùm ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audiuius habitandi præceptum. Sed si compleamus habitatoris officium, erimus hæredes Regni cœlorum.

Ezech.
c.18.

ERGO præparanda sunt corda nostra, & corpora sanctæ præceptorum obedientiæ militatura: & quod minùs habet in nobis natura possibile, rogemus Dominum, vt gratiæ suæ iubeat nobis adiutoriũ ministrari. Et si fugientes gehénę pœnas, ad vitam volumus peruenire perpetuam, dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus, & hæc omnia per hanc lucis vitam vacat implere, currẽdum, & agendum est modò, quod in perpetuum nobis expediat. Constituenda est ergo à nobis dominici schola seruitij. In qua institutione nihil asperum, nihilq; graue nos constituturos speramus. Sed & si quid paululùm restrictiùs, dictante æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum, vel conseruationem charitatis processerit, nõ ilicò pauore perterritus refugias viam salutis, quæ non est nisi angusto initio incipienda. Processu verò cõuersationis & fidei, dilatato corde, inenarrabili

REGVLA

bili dilectionis dulcedine curritur via mandato-
rum Dei: vt ab ipsius nunquam magisterio disce-
dentes, in eius doctrina vsque ad mortem in mo-
nasterio perseuerantes, passionibus Christi per pa-
tientiam participemus, vt regni eius mereamur
esse consortes. Amen.

INCIPIT REGVLA EIVSDEM.

¶ De generibus, vel vita monachorum.
Cap. I.



Monachorum quatuor ge-
nera esse, manifestum est.
Primum cœnobitarū, hoc
est monasteriale, militans
sub regula, vel Abbate. De-
inde secundum genus est
anachoritarum, id est ere-
mitarum. Horum qui non
conuersionis feruore nouitio, sed monasterij pro-
batione diuturna didicerunt contra diabolum
multorum solatio iam docti pugnare, & bene
instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam
eremi, securi iam sine consolatione alterius, sola
manu

manu, vel brachio contra vitia carnis, vel cogitationum Deo auxiliante, pugnare sufficiunt. Tertium vero monachorum teterrimum genus est Sarabaitarum, qui nulla regula approbati, experientia magistra sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti, adhuc operibus seruantes seculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini, aut terni, aut certè singuli sine pastore, nõ dominicis, sed suis inclusi sunt ouilibus: & pro lege eis est desyderiorum voluptas, cum quicquid putauerint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere. Quartum verò genus est monachorum, quod nominatur gyrouagum. Qui tota vita sua per diuersas prouincias, ternis, aut quaternis diebus per diuersorum cellas hospitantur, semper vagi, & nunquam stabiles, & proprijs voluptatibus, & gulæ illecebris seruietes, & per omnia deteriores Sarabaitis. De quorum omnium miserrima conuersatione meliùs est silere, quàm loqui. His ergo omisissis, ad cœnobitarum fortissimum genus disponendum, adiuuante Domino veniamus.

¶ Qualis debeat esse Abbas.

Cap. II.

REGVLA



Rom. 8.

BBAS, qui præesse dignus est monasterio, semper meminisse debet quod dicitur, & nomen maioris factis implere. Christi enim agere vi-ces in monasterio creditur, quando ipse vocatur prænomine, dicente Apostolo, Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Ideoq; Abbas nihil extra præceptum Domini (quod absit) debet docere, aut constituere, aut iubere. Sed iussio eius, vel doctrina fermento diuinæ iustitiæ in discipulorū mentibus cōspargatur. Memor sit semper Abbas, quia doctrinæ suæ, vel discipulorum obedientiæ, vtriusque rei in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatq; Abbas culpæ pastoris incūbere quicquid in ouibus paterfamiliās vtilitatis minū potuerit inuenire. Tantū iterum liber erit, vt (si inquieto, vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus vniuersa fuerit cura exhibita) pastor earū in iudicio Domini absolutus, dicat cū Propheta

Psal. 39.

Dño: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatē tuam, & salutare tuum dixi: ipsi autē cō-

Esai. 1.

tēnētes spreuerūt me. Et tūc demū in obediētibus curæ suæ ouibus pœna sit, eis præualēs ipsa mors.

CVM

CVM ergo aliquis suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis, id est, omnia bona, & sancta factis amplius, quàm verbis ostèdere, vt capacibus discipulis mândata Domini verbis proponat, duris verò, corde & simplicioribus, factis diuina præcepta demonstrat. Omnia verò, quæ discipulis docuerit esse cõtraria, in suis factis indicet non agenda: ne alijs prædicans, ipse reprobus inueniatur, ne quando illi dicat Deus peccanti: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Et qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti? Non ab eo persona in monasterio discernatur. Non vnus plùs ametur, quàm alius, nisi quem in bonis actibus, aut obedientia inuenerit meliorem. Non præponatur ingenuus ex seruitio cõuerteti, nisi aliqua rationabilis causa existat. Quòd si, ita iustitia dictante, Abbati visum fuerit, de cuiuslibet ordine id faciat, sin aliter, propria teneant loca. Quia siue seruus, siue liber, omnes in Christo vnum sumus, & sub vno Domino equalem seruituris militiam baiulamus. Quia non est apud Deum personarum acceptio. Solummodò in hac parte*

Psal. 49.

Matt. 7.
Luc. 6.

apud ipsum discernimur, si meliores alijs, in operibus bonis, & humiles inueniamur.

2. Timo.
4.

ERgo æqualis sit omnibus ab eo charitas: vna præbeatur omnibus secundum merita disciplina. In doctrina namque sua Abbas apostolicam debet illam semper formam seruare, qua dicit. Argue, obsecra, increpa, id est, miscens temporibus tempora, terroribus blâdimenta, durum magistri, piûm patris ostendat affectum, id est, indisciplinatos, & iniquos debet durius arguere, obediētes autem, & mitēs, & patientes, vt in melius proficiant, obsecrare. Negligentes autem, & contēnentes, vt increpet, & corripiat admonemus. Neque dissimulet peccata delinquentium, sed mox vt cœperint oriri, radicibus ea (vt præualet) amputet, memor periculi Hely sacerdotis de Sylo. Et honestiores quidem, atque intelligibiles animos prima, vel secunda admonitione verbis corripiat: improbos autem & duros ac superbos, vel inobediētes verberum, vel corporis castigatione, in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum. Stultus verbis non corrigitur. Et iterum. Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.

Prou. 18
Pro. 23.

Meminisse debet semper Abbas quod est, meminisse quod dicitur, & scire, quia cui plus
com.

committitur, plùs ab eo exigitur. Sciatq; quàm
 difficilem, & arduam rem suscepit, regere animas,
 & multorum seruire moribus. Et alium quidem
 blandimentis, alium verò increpationibus, alium
 suasionibus. Et secundùm vniuscuiusque quali-
 tatem, vel intelligentiam, ita se omnibus confor-
 met, & aptet, vt non solùm detrimenta gregis si-
 bi cõmissi non patiat, verùm etiam in augmẽ-
 tatione boni gregis gaudeat. Ante omnia ne dis-
 simulans, aut paruipendens salutem animarum
 sibi commissarum, plùs gerat sollicitudinem de
 rebus transitorijs, atque terrenis, & caducis: sed
 semper cogitet, quia animas suscepit regendas,
 de quibus & rationem redditurus est. Et ne cau-
 setur de minori fortè substantia, meminerit scri-
 ptum. Primum querite regnum Dei, & iustitiam. Matt. 6.
 eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Et iterum.
 Nihil deest timentibus eum. Sciatq; quia qui sus- Psal. 33.
 cipit animas regendas, præparat se ad rationem
 reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se
 habere scierit numerum, agnoscat pro certo, quia
 in die iudicij ipsarum omnium animarum est red-
 diturus Domino rationem sine dubio, additã &
 suæ animæ. Et ita timens semper futurã discussio-
 nẽ pastoris de creditis sibi ouibus, cùm de alienis

ratioçinijs cauet, redditur de suis sollicitus. Et cùm de admonitionibus suis emédationem alijs subministrat, ipse efficitur à vitijs emendatus.

De adhibendis ad consilium fratribus.

Cap. III.



Quoties aliqua præcipua agenda sunt in monasterio, cõuocet Abbas omnẽ congregationem, & dicat ipse vnde agitur. Et audiens consilium fratrum, tractet apud se prudenter, & quod vtilius iudicauerit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia sæpe iuniori Dominus reuelat, quod melius est. Sic autem dent fratres cõsiliũ cum omni humilitatis subiectione, vt non præsumant procaciter defendere quod eis visum fuerit, sed magis in Abbatis pèdeat arbitrio, & quod salubrius esse iudicauerit, ei cuncti obediant. Sed sicut discipulis conuenit obedire magistro: ita & ipsum prouidẽ, & iustè condecet cuncta disponere. In omnibus igitur omnes magistrã sequantur regulam, neque ab ea temerè declinetur à quoquã. Nullus in monasterio proprij sequatur cordis voluntatem. Neq; præsumat quisquam cum Abbate suo. proteruè intra, aut

extra

extra monasterium contendere. Quòd si præsum-
pserit, regulari disciplinæ subiaceat. Ipse tamen
Abbas cum timore Dei, & obseruatione regulæ
omnia faciat, sciens se proculdubiò de omnibus
iudicijs suis equissimo iudici Deo rationem red-
diturum. Si qua verò minora agenda sunt in mo-
nasterij vtilitatibus, seniorum tantum vtatur cõ-
silio, sicut scriptum est: Omnia fac cum consilio, *Eccl. 32*
& post factum non pœnitebis.

Que sunt instrumenta bonorum operum.

Cap. IIII.



DN primis Dominum Deum dilige-
re ex toto corde, tota anima, tota
virtute: deinde proximum tãquam
seipsum. Deinde non occidere, non
adulterare, non facere furtum, non
concupiscere, non falsum testimonium dicere:
honorare omnes homines, & quod sibi fieri quis
non vult, alij ne faciat. Abnegare semetipsum
sic, vt sequatur Christum. Corpus castigare, deli-
cias non amplecti, ieiunium amare, pauperes re-
create, nudum vestire, infirmum visitare, mortuũ
sepelire, in tribulatione subuenire, dolentem cõ-
solari, à seculi actibus se facere alienum. Nihil
amo-

REGVLA 2

amori Christi præponere. Iram non perficere, iracundix tēpus non referuare. Dolum in corde non tenere, pacem falsam non dare: Charitatem non derelinquerē. Non iurare omnino, ne fortè periuret. Veritatem ex corde & ore proferre. Malum pro malo non reddere. Iniuriam non facere, sed & factam patiēter sufferre. Inimicos diligere. Maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere. Persecutionem propter iustitiam sustinere. Non esse superbum. Non vinolentum. Non multum edacem. Non somnolētum. Non pigrū. Non murmurosum. Non detractorē. Spem suam Deo cōmittere. Bonum aliquod in se cum viderit, Deo applicet, non sibi: malum verò semper à se factū sciat, & sibi reputet. Diem iudicij timere, gehēnam expauescere. Vitam æternam omni cōcupiscētia spiritali desiderare. Mortem quotidie ante oculos suspectam habere. Actus vitæ suæ omni hora custodire. In omni loco Deum se respicere pro certo scire. Cogitationes malas cordi suo aduenientes mox ad Christū allidere, & seniori spiritali patefacere.

OS suum à malo, vel prauo eloquio custodire. Multum loqui non amare. Verba vana, aut risui apta non loqui. Risum multū, aut excusū

non

non amare. Lectiones sanctas libenter audire.
 Orationi frequenter incumbere. Mala præterita
 cum lachrymis, vel gemitu quotidie in oratione
 Deo confiteri. De ipsis malis de cætero emédare.
 Desideria carnis non perficere, volútatem propriã
 odisse. Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiã
 si ipse (quod absit) aliter agat, memor illius Domi-
 nici præcepti. Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, Mat. 23
 facere nolite. Non velle dici sanctum antequam sit,
 sed prius esse, quò veriùs dicatur. Præcepta Dei fa-
 ctis quotidie adimplere. Castitatẽ amare. Nullum
 odisse. Zelum & inuidiã non habere. Contentionẽ
 non amare. Elationem fugere. Seniores venerari.
 Juniores diligere in Christi amore. Pro inimicis
 orare. Cum discordantibus ante solis occasum in
 pacẽ redire. Et de Dei misericordia nõquam des-
 perare. Ecce hæc sunt instrumẽta artis spiritualis.
 Quæ cum fuerint à nobis die noctuq; incessabili-
 ter adimpleta, & in die iudicij reassignata illa
 merces nobis à Domino recompensabitur, quam
 ipse promisit. Quod oculus non vidit, nec auris Esai. 64.
 audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præ- 1. Cor. 2.
 paravit Deus his qui diligunt eum. Officina verò,
 vbi hæc omnia diligẽter operemur, claustra sunt
 monasterij, & stabilitas in congregacione.

REGVLA

De obedientia discipulorum.

Cap. V.



PRIMUM humilitatis gradus est, obedientia sine mora. Hæc cōuenit his, qui nihil sibi Christo charius existimant, propter seruitium sanctum, quod professi sunt: seu propter metum gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ. Mox ut aliquid imperatum à maiore fuerit, ac si diuinitus imperetur, moram pati nesciunt in faciendo.

Psal. 17. De quibus Dominus dicit. Ob auditu auris obe-

Luc. 10. diuit mihi. Et item dicit doctoribus: Qui vos au-

dit, me audit. Ergo hi tales delinquentes statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deserentes, mox exoccupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis sequuntur. Et velut vno momento prædicta magistri iussio, & perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit. Ideo angustâ

Matt. 7. viam arripiunt. Vnde Dominus dicit. Angusta via

est, quæ ducit ad vitam. Ut non suo arbitrio viuentes, vel desiderijs suis & voluptatibus obediētes, sed ambulantes alieno iudicio & imperio, in

cœnobijs degentes, Abbatem sibi præesse desiderant. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur sententiam, qua dicit. Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Sed hæc ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si quod iubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, vel cum responso nolentis efficiatur. Quia obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. Ipse enim dixit, Qui vos audit, me audit. Et cum bono animo à discipulis præberi oportet: quia hilarem datorè diligit Deus. Nam cū malo animo si obedit discipulus, & non solum ore, verum etiam in corde si murmurauerit: & si impleat iussionem, tamen acceptū iam non erit Deo, qui cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam: imò pœnam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendauerit.

Ioan. 6.

Luc. 10.

2. Cor.
c. 9.

¶ De taciturnitate. Cap. VI.



PRÆCIAMVS quod ait Propheta. Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui oris meo custodiam. Obmutui, & humili-

Psal. 38,

REGVLA

liatus sum, & silui à bonis. Hîc ostēdit Propheta, si à bonis eloquijs interdum propter taciturnitatē debet taceri: quantò magis à malis verbis propter pœnam peccati debet cessari. Ergo quāuis de bonis, & sanctis, & ædificationum eloquijs, perfectis discipulis propter taciturnitatis grauitatem rara loquēdi concedatur licentia: quia scriptum est. In multiloquio non effugies peccatū. Et alibi. Mors & vita in manibus linguæ. Nam loqui, & docere magistrū condecet: tacere, & audire discipulo cōuenit. Et ideo si qua requirenda sunt à priore, cū omni humilitate, & subiectione, & reuerētia requirantur, ne videatur plūs loqui quàm expedit. Scurritates verò, vel verba otiosa, & risum mouentia, æterna clausura in omnibus locis dānamus: & ad tale eloquium discipulū aperire os non permittemus.

Prou. 10.
Pro. 18.

Nota.

¶ De Humilitate. Cap. VII.

Luc. 14.
& Mar.
23.



LAMAT nobis scriptura diuina fratres dicens. Omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Cū hæc ergo dicit, ostēdit nobis, omnem exaltationem genus esse superbiæ. Quod se cauere Propheta indicat

di

dicens. Domine non est exaltatum cor meum, Psal. 130
 neque elati sunt oculi mei. Neque ambulavi in
 magnis, neq; in mirabilibus super me. Sed quid?
 Si nō humiliter sentiebam, sed exaltaui animam
 meam. Sicut ab lactatus super matrem suam, ita
 retribues in animam meam. Vnde fratres, si sum-
 mæ humilitatis culmen volumus attingere: & ad
 exaltationem illam cœlestem, ad quam per præ-
 sentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus ve-
 lociter peruenire: actibus nostris ascendentibus
 scala illa erigenda est, quæ in somno Iacob appa- Genes.
28.
 ruit: per quam ei descendētes Angeli, & ascēden-
 tes monstrabantur. Non aliud sine dubio descēsus
 ille, & ascēsus à nobis intelligitur, nisi exaltatio-
 ne descēdere, & humilitate ascendere. Scala verò
 ipsa erecta, nostra est vita in seculo, quæ humilia-
 to corde à Domino erigitur ad cœlū. Latera enim
 eiusdem scalæ dicimus nostrū esse corpus & ani-
 mam, in quibus diuersos gradus humilitatis, vel
 disciplinæ vocatio diuina ascendēdos inseruit.

Gradus primus humilitatis.

PPRIMVS itaq; gradus humilitatis est, si timo- Vide S.
Th. 22. q.
161. ar. 6.
& q. 162.
art. 4. ad
 rē Dei sibi ante oculos semper ponens, obli-
 uionem omnino fugiat. Et semper sit memor

REGVLA

omnium, quæ præcepit Deus. Et qualiter contēnentes Deum, in gehēnam pro peccatis incidūt: & vitam æternam; quæ timentibus Deum præparata est, animo suo semper reuoluat. Et custodiēs se omni hora à peccatis & vitijs, id est, cogitationum, linguæ, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis propriæ, sed & desideria carnis amputare festinet. Existimet se homo de cœlis à Deo semper respici omni hora: & facta sua in omni loco ab aspectu diuinitatis videri, & ab Angelis omni hora Deo nuntiari. Demonstrat nobis hoc Propheta, cum in cogitationibus nostris, ita Deum

Psal. 7. semper præsentem ostēdit dicens. Scrutans corda

Psal. 93. & renes Deus. Et item. Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et item

Psal. 138 dicit. Intellexisti cogitationes meas à longè. Et,

Psal. 75. quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam vt sollicitus sit circa cogitationes suas peruersas, dicat semper humilis frater in corde suo. Tunc ero immaculatus coram eo, si obseruauero me ab iniquitate mea. Voluntatem verò propriam ita facere prohibemur, cum dicit Scriptura, nobis. Et à voluntatibus tuis auertere. Et item, **Ro-**

Mat. 6. gamus Deum in oratione, vt fiat illius voluntas in nobis.

DOcemur ergo meritò, nostram non facere
 voluntatem, cum cauemus illud, quod di-
 cit scriptura. Sunt viæ, quæ videntur hominibus Prou. 14
 rectæ, quarum finis vsque ad profundum infer-
 ni demergit. Et cum cauemus illud, quod de ne- Psal. 137
 gligentibus dictum est. Corrupti sunt, & abo-
 minabiles facti sunt in voluptatibus suis. In de-
 siderijs verò carnis ita nobis Deum credamus
 semper esse præsentem, cum dicit Propheta Do-
 mino. Ante te omne desiderium meum. Cauem- Psal. 37
 dum ergo est ideo malum desiderium: quia mors
 secus introitum delectationis posita est. Vnde
 scriptura præcipit dicens. Post concupiscentias Ecccl. 18
 tuas non eas. Ergo si oculi Domini speculantur
 bonos & malos: & Dominus de cælo semper
 respicit super filios hominum, vt videat si est in-
 telligens, aut requirens Deum: & ab Angelis de-
 putatis nobis quotidie die, noctuque Domino
 factori nostro opera nostra nuntiantur: cauem-
 dum est omni hora fratres (sicut dicit in psalmo
 Propheta) ne nos declinantes in malum, & inu- Psal. 137
 tiles factos aliqua hora aspiciat Deus: & parcen-
 do nobis in hoc tempore, quia pius est, & ex-
 pectat nos conuerti in melius: dicat nobis in fu- Psal. 49
 turo. Hæc fecisti, & tacui.

REGVLA

Secundus humilitatis gradus est: si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere, sed vocem illá Domini imite-
Ioan. 6. tur dicentis. Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui me misit. Ité dicit scriptura. Volútas habet pœnam: & necessitas parit coronam.

Tertius humilitatis gradus est: vt quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori, imi-
Philip. c. 2. tans Dominum, de quo dicit Apostolus. Factus obediens vsque ad mortem.

Quartus humilitatis gradus est: si in ipsa obe-
Mat. 10. dientia duris, & contrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniurijs tacita consciencia patientiam amplectatur: & sustinens non lassescat, vel discedat, dicente scriptura. Qui perseuera-
Psal. 16. uerit vsque ad finem, hic saluus erit. Item, Confortetur cor tuum: & sustine Dominum. Et osté-
Psal. 43. dens fidelem pro Domino vniuersa etiam cōtra-
Rom. 8. ria sustinere debere, dicit ex persona sufferétium. Propter te morte afficimur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Et securi de spe retribu-
Psal. 65. tionis diuinæ, subsequuntur gaudentes, & dicentes. Sed in his omnibus superamus propter eum: qui dilexit nos. Et item alio loco scriptura. Probasti nos (inquit) Deus: igne nos examinasti, sicut exa-
mi.

minatur argentum. Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro. Et ut ostēdat sub Priore debere nos esse, subsequitur dicens. Lucæ. 6.
Matt. 3. Imposuisti homines super capita nostra. Sed & præceptum Domini in aduersis, & in iniurijs patientiam adimplentes percussi in maxillā, præbent & aliā, auferenti tunicam: dimittūt & palliū: angariati mille passus, vadūt & duo milliaria: & cum Paulo Apostolo falsos fratres sustinēt: & persecutiones sustinēt, & maledicentes se, benedicūt. 2. Cor. 11. & 12.
Cor. 4.

Q Vintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo adueniētes, vel mala à se absconditè commissa, per humilem cōfessionem Abbati non celauerit suo. Hortatur nos de hac re scriptura dicens. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo. Et itē dicit. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Et itē Propheta. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non operui. Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitias meas Dño: & tu remisisti impietatem cordis mei. Psal. 36.
Psal. 105
Psal. 31.

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate, vel extremitate contentus sit monachus: & ad omnia, quæ sibi iniunguntur, velut operarium se malū iudicet, & indignū, dicens cum Propheta:

R E G V L A

Pfal. 72. Ad nihilū redactus sum, & nesciui: vt iumētum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem, & viliorem non solum sua lingua pronūciet, sed etiam intimo cordis credat affectu, humilians se, & dicens cum Propheta. Ego autem

Pfal. 21. sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Exaltatus sum, & humiliatus, & confusus. Et item, Bonum mihi quod humiliasti me: vt discam mandata tua.

Pfal. 118

Octauus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus, nisi quod communis monasterij regula, vel maiorum cohortantur exempla.

Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat monachus: & taciturnitatem habens, vsque ad interrogationem non loquatur: monstrante scriptura, quia in multiloquio non effugietur peccatum: & quod vir linguosus non dirigetur super terram.

Pro. 10.
Pf. 139.

Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis, ac promptus in risu: quia scriptum est.

Ecc. 21. Stultus in risu exaltat vocem suam.

Vndecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur monachus, leniter, & sine risu: humiliter cum grauitate: vel pauca verba, & rationabilia

lia

lia loquatur, & nō sit clamorosus in voce, sicut scriptū est. Sapiens verbis innotescit paucis.

Eccl. 20

DVodecimus humilitatis gradus est, si non solum corde monachus, sed etiam corpore humilitatem videntibus se semper indicet, idest, in opere: in monasterio: in oratorio: in horto: in via: in agro, vel vbicunque, sedens, ambulans, vel stans, inclinato sit semper capite, defixis in terrā aspectibus, reum se omni hora de peccatis suis existimans, iam se tremendo iudicio Dei presentari existimet, dicens sibi semper illud, quod publicanus ille euangelicus fixis in terram oculis dixit. Domine, non sum dignus ego peccator le- Luc. 18.
uare oculos meos ad cœlum. Et iterum cum Pro-
pheta. Incuruatus sum, & humiliatus sum vsque. Psal. 118.
quaq; . Ergo his omnibus humilitatis gradibus
ascensis, monachus mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem: per quam vniuersa, quæ prius non sine formidine obseruabat, absque vllō labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non iam timore gehēnæ, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona, & delectatione virtutum: quæ Dominus iam in operarium suum mundum à vitijs & peccatis Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

REGVLA

De officijs diuinis in noctibus.

Cap. VIII.



Yemis tempore, id est, à Calen-
dis Nouembris vsque ad Pascha,
iuxta considerationem rationis
octaua hora noctis surgendum
est, vt modico amplius de media
nocte pausetur, & iam digesti surgant. Quod ve-
rò restat post vigilias, à fratribus, qui psalterij, vel
lectionum aliquid indigent, meditationi inser-
uiatur. A Pascha autem vsque ad suprascriptas Ca-
lendas Nouembris sic temperetur hora vigiliarũ
agenda, vt paruissimo interuallo, quo fratres ad
necessaria naturæ exeant, custodito, mox matu-
tini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequan-
tur.

¶ Quot psalmi dicendi sunt in nocturnis horis.

Cap. IX.



Yemis tempore præmissis imprimis
versu, Deus in adiutorium meum
intende: Domine ad adiuuandum
me festina: in secundo ter dicendum
est: Domine labia mea aperies, & os
meum annunciabit laudem tuam. Cui subiun-
gen

gēndus est tertius psalmus, & Glōriā. Post hunc psalmus nonagesimusquartus cū antiphona, aut certè decantandus. Inde sequatur Ambrosianum. Deinde sex psalmi cum antiphonis. Quibus dictis, & dicto versu, benedicat Abbas. Et sedentibus omnibus in scamnis, legantur vicissim à fratribus in codice super analogium tres lectiones: inter quas tria responsoria canantur: duo responsoria sine Gloria dicantur. Post tertiam verò lectionem, qui cantat, dicat Gloriam. Quam cum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilibus surgant ob honorem, & reuerentiam sanctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigilijs diuinæ authoritatis tam veteris testamenti, quàm noui: sed & expositiones earum, quæ nominatissimis, & orthodoxis, catholicisq; patribus factæ sunt. Post has verò tres lectiones cum responsorijs suis, sequantur reliqui sex psalmi cum Alleluia canēdi. Post hos lectio Apostoli sequatur ex corde recitanda, & versus, & supplicatio litanix, idest, Kyrie eleyson, & sic finiantur vigiliæ nocturnæ.

¶ Qualiter aestatis tempore nocturna laus agatur.

Cap. X.

A Pae

REGVLA



Pascha autem vsque ad Calendas Nouembris omnis (vt supra dictū est) psalmodiæ quantitas teneatur: excepto, quòd lectiones in codice propter breuitatem noctium minimè legantur: sed pro ipsis tribus lectionibus vna de veteri testamēto memoriter dicatur: quam breue responsum subsequatur: & reliqua omnia, vt supra dictum est, impleantur, idest, vt nūquam minùs à duodecim psalmoreum quantitate ad vigilijs nocturnas dicatur, exceptis tertio, & nonagesimoquarto psalmo.

Qualiter Dominicis diebus vigiliæ agantur.

Cap. XI.



Dominico die temporiùs surgatur ad vigilijs, in quibus vigilijs teneatur hæc mensura, idest, modularis (vt supra disposuimus) sex psalms, & dicto versu, residentibus cunctis dispositè, & per ordinem in subsellijs, legantur in codice (vt supra diximus) quatuor lectiones cum responsorijs suis, vbi tantum in responso quarto dicatur à cantore, Gloria. *Quam cum incipit, mox omnes cum reuerentia surgant.*

Post

Post quas lectiones sequantur ex ordine alij sex psalmi cum antiphonis sicut anteriores, & versus: post quas iterum legantur alix quatuor lectiones cum responsorijs suis ordine, quo suprà. Post quas iterum dicantur tria cantica de Prophetis, quæ instituerit Abbas: quæ cantica cum Alleluia psallantur. Dicto etiam versu & benedicente Abbate, legantur alix quatuor lectiones de nouo testamento ordine, quo suprà. Post quartum verò responsum incipiat Abbas hymnū, Te Deum laudamus. Quo dicto, legat Abbas lectionem de euāgelio, cum honore & tremore stantibus omnibus. Qua perlecta, respondeant omnes, Amen. Et subsequatur mox Abbas hymnum, Te decet laus. Et data benedictione, incipiant matutinos. Qui ordo vigiliarum omni tēpore tam æstatis, quam hyemis æqualiter in die dominico teneatur: nisi fortè (quod absit) tardiùs surgatur: quia tunc aliud quid de lectionibus breuiandum est, aut responsorijs, quod tamen omnino caueatur ne proueniat. Quod si contigerit, dignè inde satisfaciat in oratorio, per cuius euenerit, neglectum.

¶ *Quomodo matutinorum solemnitas agatur.*

Cap. XII.

IN

REGVLA



N matutinis dominico die. In primis dicatur lxxvj. Psal. sine añã in directũ. Post quem dicatur quinquagesimus psal. cum alleluia. Post quem dicatur cxvij. & lxij. deinde benedictiones & laudes: lectio de Apocalypsi vna ex corde, & responsum, & ambrosianum, & versus, & canticum de euangelio, litanie, & completum est.

¶ Qualiter priuatis diebus matutini agantur.
Cap. XIII.



Diebus autem priuatis matutinorum solenitas ita agatur, idest lxxvj. psal. dicatur sine añã, in directum subtrahendo modicè sicut dominica, vt omnes occurrat ad quinquagesimũ, qui cum añã dicatur. Post quem alij duo psalmi dicantur secundum consuetudinem, id est. Secunda feria. v. & xxxv. Tertia feria. xlij. & lvj. Quarta feria. lxiiij. & lxiiij. Quinta feria, lxxxvij. & lxxxix. Sexta feria, lxxv. & xcj. Sabbato autem cxlij. & canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas Glorias. Nam ceteris diebus canticum vnum quodque die suo ex Prophetis sicut psallit ecclesia

fia Romana, dicatur. Post hæc sequantur Lau-
des, deinde lectio vna Apostoli memoriter reci-
tanda, Responsorium ambrosianum: Versus: cā-
ticum de Euangelio, Litanix, & completum est.
Planè agenda matutina, vel vespertina non tran-
seat aliquando, nisi in vltimo per ordinem ora-
tio dominica omnibus audientibus dicatur à
priore propter scandalorum spinas, quæ oriri
solent, vt conuenti per ipsius orationis sponsio-
nem, qua dicunt, Dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, pur-
gent se ab huiusmodi vitio. Cæteris verò agen-
dis vltima pars eius orationis dicatur, vt ab om-
nibus respondeatur. Sed libera nos à malo.

¶ In natalitijs Sanctorum qualiter vigiliæ agantur.

Cap. XIII.



IN Sanctorum verò festiuitatibus,
vel omnibus solennitatibus, sicut
diximus Dominico die agendum,
ita agatur: excepto, quòd psalmi,
aut antiphonæ, vel lectiones ad ip-
sum diem pertinentes, dicantur.

Modus autem supradictus teneatur.

¶ Alle.

REGVLA

¶ Alleluia quibus temporibus dicatur.

Cap. XV.



Sancto Pascha vsq; ad Penthecoste, sine intermissione dicatur Alleluia, tam in psalmis, quam in responsorijs. A Penthecoste autem vsque ad caput Quadragesimæ omnibus noctibus cum sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos dicatur. Omni verò dominica extra Quadragesimam cantica, matutini, prima, tertia, sexta, nona; cum Alleluia dicantur: vespera verò cum antiphonis. Responsoria verò nunquam dicantur cum Alleluia, nisi à Pascha vsque ad Penthecosten.

¶ Qualiter diuina opera per diem agantur.

Cap. XVI.

Psal. 118



Septies in die (ait Propheta) laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus à nobis sic implebitur: si Matutini, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperis, Completorijq; tēpore, nostræ seruitutis officia persoluamus: quia de his horis dixit Propheta. Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigilijs idē ipse Propheeta ait. Media nocte surgebam ad confitendū tibi.

Ergo

Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ, id est, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorio, & nocte surgamus ad confitendum ei.

¶ Quot psalmi per easdem horas dicendi sunt.

Cap. XVII.



AM de nocturnis vel matutinis digessimus ordinem psalmodiæ, nunc de sequētibus horis videamus. Prima hora dicantur psalmi tres sigillatim, & non sub vna Gloria, Hymnus eiusdem horæ post versum, Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina, antequam psalmi incipientur. Post expletionem verò trium psalmorum recitetur lectio vna, versus, & Kyrie eleyson. & missæ sint. Tertia verò, Sexta, Nona, eodem ordine celebretur, id est, versus, hymni earundem horarum, terni psalmi, lectio, & versus, Kyrie eleyson. & missæ sint. Si maior congregatio fuerit, cum antiphonis, si verò minor, in directū psallantur. Vespertina autē synaxis quatuor psalmis cum antiphonis terminetur: post quos psalmos lectio recitanda est, inde responsorium, ambrosianum, versus, canticum de euāgelio, litania,

E

&

REGVLA

& oratio dominica, & fiant missæ. Completoriũ autem trium psalmodum dictione terminetur. Qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt, post quos hymnus eiusdem horæ, lectio vna, versus, Kyrie eleyson, & benedictio, & missæ fiant.

¶ Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt.

Cap. XVIII.



IN primis semper diurnis horis dicatur versus. Deus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuuandum me festina; & Gloria. Inde hymnus vniuscuiusque horæ. Deinde Prima hora Dominica dicenda quatuor capitula, psalmi centesimi octauidecimi. Reliquis verò horis; id est, Tertia, Sexta, & Nona terna capitula supradicti psalmi, ceteresimi octauidecimi dicantur. Ad Primam autem secundæ ferriæ, dicantur tres psalmi, id est, primus, secundus, & sextus: & ita per singulos dies ad primam, vsq; ad dominicam dicantur per ordinem terni psalmi vsque ad nonumdecimum psalmum, ita sanè vt nonus psalmus, & septimusdecimus partiatur in binas Glorias, & sic fiat, vt ad vigilias Dominica semper à vigesimo incipiatur. Ad Tertiã verò

Sex

Sextã, & Nonam secundæ feriæ nouem capitula, quæ residua sunt de cetero octauodecimo psalmo, ipsa terna capitula per easdẽ horas dicantur. Expenso ergo psalmo centesimo octauodecimo duobus diebus, idest, Dominico, & secũda feria: tertia feria, iam ad Tertiam, Sextam, vel Nonam psallatur terni psalmi à cetero nonodecimo vsq; ad centesimũ vigesimũ septimum, idest, psalmi nouẽ: Quiq; psalmi semper vsq; ad dominicã per easdẽ horas itidem repetantur: hymnorũ nihilominus lectionũ, vel versũ dispositione vniformi cũctis diebus seruata, & ita scilicet, vt semper Dominica à cetero octauodecimo incipiatur.

VEspera autem quotidie quatuor psalmorum modulatione canatur. Qui psalmi incipiuntur à centesimo nono, vsque ad centesimum quadragesimum septimum, exceptis his qui diuersis horis ex eis sequestrantur, id est à centesimo decimo septimo, vsque ad centesimum vigesimum septimum, & centesimo trigesimo tertio, & centesimo quadragesimo secundo. Reliqui omnes in vespera dicendi sunt. Et quia minũs veniunt tres psalmi ideo diuidendi sunt, qui in numero supradicto fortiores inueniũtur, idest, centesimus trigessimus octauus, & centesimus quadragesimus tertius,

REGVLA

& centesimus quadragesimus quartus. Cētesimus verò sextusdecimus, quia paruus est, cū centesimo quintodecimo coniugatur. Digesto ergo ordine psalmodiarum vespertinorum, reliqua, idest, lectio- nes, responsoria, hymni, versus, vel cātica, sicut su- pra taxauimus, impleantur. Ad Cōpletorium verò quotidie idē psalmi repetātur, idest, quartus no- nagesimus, & cētesimus trigessimus tertius.

Dīposito ordine psalmodiæ diurnæ, reliqui omnes psalmi, qui supersunt, æqualiter, diui- dātur in septē noctium vigiliis, partiēdo scilicet qui inter eos prolixiores sunt psalmi: & duode- cim per vnamquamq; cōstituantur noctem. Hoc præcipuè cōmonentes, vt si cui fortè hæc distribu- tio psalmodiarum displicuerit, ordinet si melius ali- ter iudicauerit: dummodò omnimodis id attēda- tur, vt omni hebdomada psalteriū ex integro nu- mero centum quinquaginta psalmodiarū psallatur, & Dominico die semper à capite repetatur ad vi- giliis. Quia nimis iners deuotionis suæ seruitium ostēdunt monachi, qui minùs psalterio cum can- tibus consuetudinarijs per septimanæ circulum psallunt: cū legamus, sanctos Patres nostros vno die hoc strenuè implessē, quod nos tepidi vtinam septimana integra persoluamus.

¶ *De disciplina psallendi.*

Cap. XIX.



Bique credimus diuinam esse præsentiam, & oculos Domini in omni loco speculari bonos, & malos. Maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credimus, cum ad opus diuinum assistimus. Ideo semper memores simus, quod ait Propheta. Seruite Domino in timore. Et iterum. Psallite sapienter. Et, In cōspectu Angelorum psallā tibi. Ergo consideremus qualiter oporteat nos in conspectu diuinitatis & angelorū esse: & sic stemus ad psallendum, vt mens nostra concordet voci nostræ.

Psal. 2.
Psal. 46.
Psalm.
137.

¶ *De reuerentia orationis. Cap. XX.*

I cum, hominibus potentibus, volumus aliqua suggerere, non præsumimus nisi cum humilitate, & reuerētia: quantò magis Domino Deo vniuersorum cum omni humilitate, & puritatis deuotione supplicādum est? Et non in multiloquio, sed in puritate cordis, & cōpunctione lacrymarū nos exaudiri sciamus. Et ideo breuis debet esse, & pura oratio, nisi fortè ex

REGVLA

affectu inspirationis diuine gratiæ protédatur. In conuentu tamé omnino breuietur oratio: & facto signo à priore, omnes pariter surgant.

¶ De decanis monasterij. Cap. XXI.



I maior fuerit cōgregatio, eligantur de ipsis fratres boni testimonij, sanctæ conuersationis, & cōstituantur decani, qui sollicitudinē gerāt super decanias suas in omnibus secūdum mādata Dei, & præcepta Abbatis sui. Qui decani tales eligantur, in quibus securus Abbas partiatur onera sua. Et non eligātur per ordinē, sed secūdum vitæ meritum, & sapiētiae doctrinā. Quòd si quis ex eis aliqua fortè inflatus superbia repertus fuerit reprehēnsibilis, correptus semel, & iterū, & tertio, si emēdare noluerit, deijciatur: & aliter in loco eius, qui dignus sit, subrogetur. Et de Præposito eadē constituimus.

¶ Quomodo dormiant monachi. Cap. XXII.



Inguli per singulos lectos dormiant. Lectisternia pro modo conuersationis secūdum dispensationem Abbatis sui accipiant. Si potest fieri omnes in vno loco

loco dormiant. Si autem multitudo non fuit, deni, aut viceni cum senioribus suis, qui super eos solliciti sint, pausent. Candela iugiter in eadē cella ardeat vsque mane. Vestiti dormiant, & cincti cingulis, aut funibus: & cultellos ad latus nō habeant dum dormiunt: ne fortē per somnium vulnerentur dormientes. Et parati sint monachi semper vt facto signo, absq; mora surgentes, festinent inuicem se præuenire ad opus Dei, cū omni tamen grauitate, & modestia. Adolescentiores fratres iuxta se non habeāt lectos, sed permixti sint cum senioribus. Surgentes verò, ad opus Dei inuicem se moderatē cohortētur, propter somnolentorum excusationes.

¶ *De excommunicatione culparum.*

Cap. XXIII.



I quis frater contumax, aut inobediens, aut superbus, aut murmurans, vel in aliquo contrarius existens sanctæ regulæ, & præceptis seniorum suorum contemptor repertus fuerit, hic secundum Domini nostri præceptum admoneatur se Mat. 18. mel, & secundò secretè à senioribus suis: si non emédauerit, obiurgetur publicè coram omnibus:

REGVLA

si verò neque sic correxerit, si intelligit qualis poena sit, excommunicationi subiaceat. Si autem improbus est, vindictæ corporali subdatur.

¶ Qualis debet esse modus excommunicationis.

Cap. XXIII.



Secundum modum culpæ, excommunicationis, vel disciplinæ debet extendi mensura. Qui culparum modus de Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen frater in leuioribus culpis inuenitur, tantum à mensæ participatione priuetur. Priuatus autem à mensæ consortio, ista erit ratio, vt in oratorio psalmum, aut antiphonam non imponat, neque lectionem recitet vsque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus accipiat mensura, vel hora, qua prouiderit Abbas ei competere. Vt si (verbi gratia) fratres reficiunt sexta hora, ille frater nona: si fratres nona, ille vespertina, vsque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

¶ De grauioribus culpis.

Cap. XXV.



S' autem frater, qui grauioris cul-
 pæ noxa tenetur, suspendatur à
 mensa simul & ab oratorio. Nul-
 lus ei fratrum in vlllo iungatur
 consortio, neque in colloquio.
 Solus sit ad opus sibi iniunctum;
 persistens in pœnitentiæ luctu, sciens illam terri-
 bilem Apostoli sententiam dicētis. Traditum hu-
 iusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis,
 vt spiritus saluus sit in die Domini. Cibi autem
 refectionem solus percipiat mensura, vel hora,
 qua prouiderit ei Abbas competere, nec à quo-
 quam benedicatur transeunte, nec cibus qui ei da-
 tur.

i. Cor.
 15.

¶ *De his, qui sine iussione Abbatis iunguntur
 excommunicatis. Cap. XXVI.*



S' quis frater præsumpserit sine iussio-
 ne Abbatis fratri excommunicato quo-
 libet modo se iungere, aut loqui cum
 eo, vel mandatum ei dirigere, similem
 sortiatur excommunicationis vindictam.

¶ *Qualiter debeat Abbas sollicitus esse circa ex-
 communicatos. Cap. XXVII.*

Om̃e

REGVLA



Mat. 9.

2. Cor.

2.

Ezech.

34.

Luc. 15.

MNI solitudine curam gerat
 Abbas circa delinquentes fratres:
 quia non est opus sanis medicus,
 sed malè habentibus. Et ideo uti
 debet omni modo ut sapiens me-
 dicus: immittere quasi occultos consolatores se-
 nipetas, id est seniores sapientes fratres, qui quasi
 secretè consolentur fratrem fluctuantem, & pro-
 uocent eum ad humilitatis satisfactionem. Et cõ-
 solentur eum, ne abundantiori tristitia absorbea-
 tur. Sed sicut ait Apostolus, confirmetur in eo
 charitas, & oretur pro eo ab omnibus. Magno-
 perè enim debet solitudinem gerere Abbas, &
 omni sagacitate, & industria curare, ne aliquam
 de ouibus sibi creditis perdat. Nouerit enim se
 infirmarum curam suscepisse animarum, non su-
 per sanas tyrannidem. Et metuat Prophetæ com-
 minationem, per quem dicit Deus. Quod cras-
 sum videbatis, assumebatis: & quod debile erat,
 proieciebatis. Et pastoris boni pium imitetur
 exemplum: qui relictis nonaginta nouem ouibus
 in montibus, abiit vnã ouem, quæ erra-
 uerat, quærere. Cuius infirmitati in tantum com-
 passus est, ut eam in sacris humeris suis dignare-
 tur imponere, & sic reportare ad gregem.

¶ De his, qui sepius correpti, non emendauerint.

Cap. XXVIII.



I quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam exco-
municatus non emendauerit, a-
crior ei accedat correptio, id est,
vt verberum vindicta in eum pro-
cedat. Quòd si nec ita correxerit,

aut fortè (quod absit) in superbiam elatus, etiam defendere voluerit opera sua, tunc Abbas faciat quod sapiens medicus. Si exhibuit fomenta: si vnguenta adhortationum: si medicamina scri-
pturarum diuinarum: si ad vltimum vstionem excommunicationis, vel plagas virgarum: & si viderit nihil suam præualere industriam, adhi-
beat etiam, quod maius est, suam, & omnium fra-
trum pro eo orationem, vt Dominus, qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum fratrem.
Quòd si nec isto modo sanatus fuerit, tunc iam vtatur Abbas ferro abscissionis, vt ait Apostolus. Auferte malum ex vobis. Et iterum. Infidelis si
discedit, discadat: ne vna ovis morbida totum
gregem contaminet.

1. Cor. 5:

1. Cor.


7.

¶ Si debeant recipi fratres egressi de monasterio.

Cap. XXIX.

Fra

REGVLA



Rater, qui proprio vitio egreditur, aut proijcitur de monasterio, si reuerti voluerit, spódeat priùs omnē emendationem vitij pro quo egres- sus est: & sic in vltimo gradu reci- piatur, vt ex hoc eius humilitas cōprobetur. Quòd si denuò exierit, vsq; tertio ita recipiatur. Iam verò postea sciat omnē sibi reuersionis aditū denegari.

¶ De pueris minori etate qualiter corripiantur.

Cap. XXX.



Mnis etas, vel intellectus proprias debet habere mensuras. Ideoq; quo- ties pueri, vel adolescentiores etate, aut qui minùs intelligere possunt quãta pœna sit excōmunicationis, hi tales cùm delinquūt, aut ieiunijs nimis affligātur, aut acribus verberibus coërceantur, vt sanentur.

¶ Qualis debeat esse cellarius monasterij.

Cap. XXXI.



Cellarius monasterij eligatur de con- gregatione sapiens, maturus mori- bus, sobriùs, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniu-
rio.

riofus, non tardus, non prodigus, sed timēs Deū, qui omni congregationi fit sicut pater. Curam gerat de omnibus, sine iussione Abbatis nihil faciat: quæ iubetur custodiat, fratres non cōtristet. Si quis autem frater ab eo aliqua fortè irrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet, sed rationabiliter cum humilitate malè petēti denegat. Animam suam custodiat: memor semper illius apostolici præcepti, quia qui bene ministraverit, gradum bonorum sibi acquirit. Infirmorū, infantium, hospitem, pauperumq; cum omni sollicitudine curam gerat, sciens sine dubio, quia pro his omnibus in die iudicij rationem redditurus est. Omnia vasa monasterij, cunctamq; substantiam ac si altaris vasa sacrata, conspiciat, nihil ducat negligendum: neque avaritiæ studeat: neque prodigus sit, aut extirpator substantiæ monasterij. Sed omnia mensuratè faciat, & secundum iussionem Abbatis sui. Humilitatem ante omnia habeat, & cui substantia non est quæ tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus: quia scriptum est, Sermo bonus, super datum optimum. Omnia quæ ei iniunxerit Abbas, ipse habeat sub cura sua: à quibus eum prohibuerit, non præsumat. Fratribus constitutam annonam sine aliquo

1. ad Ti-
mot. 3.

Eccl. 18.

REGVLA

Matth.
c. 18.

typo, vel mora offerat, vt non scandalizentur, me-
mor diuini eloquij quid mereatur, qui scandali-
zauerit vnum de pusillis. Si congregatio maior
fuerit, solatia ei dentur, à quibus adiutus, & ipse
æquo animo impleat officium sibi commissum.
Horis competentibus dentur quæ danda sunt,
& petantur quæ petenda sunt, vt nemo pertur-
betur, neque contristetur in domo Dei.

¶ De ferramentis monasterij.

Cap. XXXII.



Vbstantiæ monasterij in ferramē-
tis, vel vestibus, seu quibuslibet
rebus, prouideat Abbas fratres, de
quorum vita, vel moribus securus
sit, & eis singula, vt vtile iudicaue-
rit, consignet custodienda, atque
recolligēda. Ex quibus Abbas breuē teneat, vt cum
sibi in ipsa assignata fratres vicissim succedunt,
sciāt quid dat, aut quid recipit. Si quis autē for-
didè aut negligēter res monasterij tractauerit, cor-
ripiatur. Si non emēdauerit, disciplinæ subiaceat.

¶ Si quid debeant monachi proprium habere.

Cap. XXXIII.

Præ



Ræcipue hoc vitium radicitus amputetur de monasterio, ne quis præsumat aliquid dare, aut accipere sine iussione Abbatis, neque aliquid habere proprium: nullam omnino rem: neque codicem neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate. Omnia verò necessaria à patre monasterij sperare: neque quicquam liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiserit. Omniaque omnibus sint communia, ut scriptum est, nec quisquam suum esse aliquid dicat, vel præsumat. Quod si quisquam huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admoneatur semel, & iterum: si non emendauerit, correctioni subiaceat.

¶ Si omnes equaliter debeant necessaria accipere.

Cap. XXXIII.



Sicut scriptum est, Diuidebatur singulis, Acto. 4.
prout cuique opus erat. Vbi non dicimus, ut personarum (quod absit) acceptio sit, sed infirmitatum consideratio. Vbi qui minus indiget, agat Deo gratias, & non contristetur. Qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro misericordia: & ita omnia mem-

REGVLA

membra erunt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicūque causa in aliquo qualicūq; verbo, vel significatione appareat. Quod si deprehensus fuerit quis, districtiori disciplinæ subdatur.

¶ De septimanarijs coquina.

Cap. XXXV.



Dantes sic sibi inuicem seruiant, vt nullus excusetur à coquinæ officio, nisi aut ægritudine, aut in causa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia exinde maior merces acquiritur. Imbecillibus autem procurentur solatia, vt non cum tristitia hoc faciant. Sed habeant omnes solatia secundum modum congregationis, aut positionem loci. Si maior congregatio fuerit, cellarius excusetur à coquina: vel si qui (vt diximus) maioribus vtilitatibus occupantur. Cæteri verò sibi sub charitate inuicem seruiant. Egressurus de septimana, Sabbato munditias faciat Lintheamina, cum quibus sibi frater manus ac pedes tergunt, lauet. Pedes verò, tam ipse qui egreditur, quàm ille qui intraturus est, omnibus lauent. Vasa ministerij sui mūda, & sana cellario reconfignet, vt sciat quid dat, aut quid recipit.

Septimanarij autē ante vnā horam refe-
 ctionis accipiāt super statutam annonam
 singulos biberes, & panem, vt hora refe-
 ctionis sine murmuratione, & graui labore ser-
 uiant fratribus suis. In diebus tamen solennibus
 vsque ad missas sustineant. Intranses autem, &
 exeuntes hebdomadarij, in oratorio mox matuti-
 nis finitis dominica, omniū genibus prouoluan-
 tur postulantes pro se orari. Egrediens autem de
 septimana, dicat hunc versum. Benedictus es Do-
 mine Deus, qui adiuuisti me, & consolatus es me.
 Quo dicto tertio, accipiat benedictionem egre-
 diens, subsequatur ingrediens & dicat. Deus in
 adiutorium meum intende, Domine ad adiuuan-
 dum me festina. Et hoc idem tertio: & repetatur
 ab omnibus accepta benedictione, ingrediatur.

¶ De infirmis fratribus.

Cap. XXXVI.

Infirmorum cura ante omnia, & su-
 per omnia adhibenda est: vt sicut
 re vera Christo, ita eis seruiatur: quia
 ipse dixit. Infirmus fui, & visitastis Mat. 25
 me. Et, Quod fecistis vni de his mi-

REGVLA

nimis meis, mihi fecistis. Sed & ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi seruire, & non superfluitate sua contristent fratres suos seruientes sibi. Qui tamen patienter portandi sunt: quia de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur. Quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata, & seruitor timens Deum, & diligens, ac sollicitus. Balneorum vsus infirmis quotiens expedit, offeratur: sanis autem, & maximè iuuenibus tardiùs cōcedatur. Sed & carniū esus infirmis, omninoq; debilibus pro reparatione, cōcedatur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more solito omnes abstineant. Curam autem maximam habeat Abbas, ne à cellarijs, aut seruatoribus negligantur infirmi: quia ad ipsum respicit, quicquid à discipulis delinquitur.

¶ De senibus vel infantibus.

Cap. XXVII.



Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his ætatibus, senum videlicet, & infantum, tamen & regulæ authoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis
im,

imbécillitas, & nullatenus eis districtio regulæ teneatur in alimentis, sed sit in eis pia consideratio, & præueniant horas canonicas.

¶ De hebdomadario Lectore.
Cap. XXXVIII.



Ensis fratrum edentium lectio deesse non debet, nec fortuito casu qui arripuerit codicem, legere audeat ibi, sed lecturus tota hebdomada, dominica ingrediatur. Qui ingrediens post missas & communionem, petat ab omnibus pro se orari, ut auerstat ab eo Deus spiritum elationis. Et dicatur hic versus in oratorio tertio ab omnibus, ipso tamen incipiente. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Et sic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum. Summumque fiat silentium ad mensam, ut nullius musitatio, vel vox, nisi solius legentis, ibi audiatur. Quæ verò necessaria sunt comedentibus, & bibentibus, sic sibi inuicem ministrent fratres, ut nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscunque signi potius petatur, quam voce. Ne presumat ibi

REGVLA

aliquis de ipsa lectione, aut aliunde quicquã require, ne detur occasio: nisi fortè Prior pro ædificatione voluerit aliquid breuiter dicere. Frater autem hebdomadarius accipiat mixtũ prius quàm incipiat legere, propter cõmunionem sanctam: & ne fortè graue sit ei ieiunium sustinere. Postea autem cum coquinæ hebdomadarijs, & seruitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aut cantent, sed qui ædificent audientes.

¶ De mensura ciborum. Cap. XXXIX.

Sufficere credimus ad refectiõnem quotidianam tam sextæ, quàm nonæ omnibus mensis cocta duo pulmentaria propter diuersorum infirmitates: vt fortè qui ex vno non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus sufficiant. Et si fuerint inde poma, aut nascentia leguminum, addatur & tertium. Panis libra vna pro pensa sufficiat in die, siue vna sit refectio, siue prandij & cœnæ. Quod si cœnaturi sunt, de eadem libra tertia pars à cellario reseruetur, reddenda cœnaturis. Quod si labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio, & potestae

testate Abbatis erit, si expediat aliquid augere, remota præ omnibus crapula, ut nunquam surrepat monacho indigeries. Quia nihil sic contrarium est omni Christiano quomodo crapula, sicut ait Dominus noster. Videte ne grauetur corda vestra in crapula; & ebrietate. Pueris verò minori ætate non eadem seruetur quantitas: sed minor quam maioribus, seruata in omnibus parcitate. Carnium verò quadrupedum omnino ab omnibus abstinetur comestio: præter omnino debiles, & egros.

Luc. 21

¶ De mensura potus. Cap. XL.



Nusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius vero sic. Et ideo cum aliqua scrupulositate à nobis mensura victus aliorum constituitur. Tamen infirmorum contuentes imbecillitatē, credimus heminam vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiæ, propriam se habituros mercedē sciāt. Quod si aut loci necessitas, vel labor, aut ardor æstatis amplius poposcerit, in arbitrio prioris consistat: considerando in omnibus ne surrepat

1. Cor. 7.

REGVLA

tietas, aut ebrietas. Licèt legamus vinum omnino monachorum non esse, sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest, saltem vel hoc consentiamus, vt non vsque ad satietatem bibamus, sed parcius: quia vinum apostatate facit etiam sapientes. Vbi autem necessitas loci exposcit: vt nec suprascripta mensura inueniri possit, sed multo minus, aut ex toto nihil, benedicāt Deum qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc autem ante omnia admonemus, vt absque murmurationibus sint.

¶ Quibus horis oporteat reficere fratres.

Cap. XL I.

A Sancto Pascha vsque ad Penthecosten ad sextam reficiant fratres: & ad seram cœnent. A Pēthecoste autem tota æstate, si labores agrorum non habent monachi, aut nimietas æstatis non perturbat, quarta & sexta feria ieiunent vsq; ad nonam: reliquis verò diebus ad sextam prandeant. Quæ prandij sexta, si opera in agris habuerint, aut æstatis feruor nimius fuerit, continuanda erit: & in Abbatis sit prouidentia. Et sic omnia temperet, atque disponat, qualiter
ani.

animæ saluentur: & quod faciunt fratres, absque
 vlla murmuratione faciant. Ab Idibus autem Se-
 ptembris, vsque ad caput quadragesimæ, ad no-
 nam semper reficiant fratres. In quadragesima
 verò vsque ad Pascha ad vespèram reficiant. Ipsa
 tamen vespera sic agatur, vt lumine lucernæ non
 indigeant reficientes: sed luce adhuc diei omnia
 consummentur. Sed & omni tempore, siue cœnæ,
 siue refectionis hora sic temperetur, vt cum luce
 diei fiant omnia.

¶ Vt post Completorium nemo loquatur.

Cap. XLII.



MNI tempore silentio debent
 studere monachi: maximè tamen
 nocturnis horis. Et ideo omni
 tempore siue ieiunij, siue pran-
 dij, si tempus fuerit prandij, mox
 vt surrexerint à cœna, sedeant omnes in vnum: &
 legat vnus collationes, vel vitas Patrū, aut certè
 aliquid, quod ædificet audiètes: non autè eptaticū
 aut regum, quia infirmis intellectibus nō erit vti-
 le illa hora hanc scripturā audire: alijs verò horis
 legātur. Si autè ieiunij dies fuerit, dicta vespera,

REGVLA

paruo interuallo: mox accedant ad lectionem collationum, vt diximus: & lectis quatuor aut quinque folijs, vel quantum hora permittit, omnibus in vnum occurrentibus, per hanc moram lectionis: si quis fortè in assignato sibi commisso fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in vnum positi compleant, & exeūtes à completorio, nulla sit licentia denuò cuiquam loqui aliquid. Quod si inuentus fuerit quisquam præuaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ subiaceat: excepto si necessitas hospitum superuenerit: aut fortè abbas alicui aliquid iusserit. Quod tamen & ipsum cum summa grauitate & moderatione honestissimè fiat.

*¶ De his, qui ad opus Dei, vel ad mensam tardè
occurrunt. Cap. XLIII.*



AD horam diuini officij, mox vt auditum fuerit signum, relictis omnibus quælibet fuerint in manibus, summa cum festinatione curratur, cum grauitate tamè, vt non scurrilitas inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei præponatur. Quòd si quis ad nocturnas vigilias post
Glo.

Gloriam psalmi nonagesimi quarti (quē propter hoc omnino protrahēdo & morosē volumus dici) occurrerit, non stet in ordine suo in choro, sed vltimus omnium stet: aut in loco, quem talibus negligentibus seorsum constituerit Abbas: vt videatur ab ipso, vel ab omnibus, vsq; dum completo opere Dei, publica satisfactione pœniteat. Ideo autem eos in vltimo, aut seorsum iudicauimus debere stare, vt visi ab omnibus, vel pro ipsa verecūdia sua emendentur. Nam si extra oratorium remaneant, erit fortē talis, qui se, aut collocet, & dormiat: aut certē sedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occasio maligno. Sed ingrediatur intro, vt nec totū perdat, & de reliquo emēdetur.

Dlurnis autem horis qui ad opus Dei post versum & Gloriā primi psalmi, qui post versum dicitur, occurrerit, lege, quam supra diximus, in vltimo stet: nec præsumat sociari choro psallentium vsque ad satisfactionem: nisi fortē Abbas licentiam dederit permissione sua: ita tamen, vt satisfaciāt reus ex hoc. Ad horam verò refectionis qui ante versum non occurrerit, vt simul omnes dicant versum & orent, & sub vno omnes accedāt ad mensam: qui per negligentiam suam, aut vitiū non occurrerit, vsq; ad secundam vicem pro hoc
cor.

REGVLA

corripiatur. Si denuò non emendauerit, non per-
mittatur ad mensæ communis participationem:
sed sequestratus à consortio omnium, reficiat so-
lus, sublata ei portione sua vini vsque ad satisfa-
ctionem, & emendationem. Similiter autem pa-
riatur qui & ad illum versum non fuerit presens,
qui post cibum dicitur. Nec quisquam presu-
mat ante statutam horam vel postea quicquam
cibi, vel potus percipere. Sed & si cui offertur ali-
quid à Priore, & accipere renuerit: hora qua de-
siderauerit, hoc quod prius recusauit, aut aliud
omnino non percipiat, vsque ad emendationem
congruam.

De his qui excommunicantur quomodo satisfaciant.

Cap. XLIIII.



VI pro grauioribus culpis ab o-
ratorio & à mensa excommuni-
catur, hora, qua opus Dei in ora-
torio percelebratur, ante fores o-
ratorij prostratus iaceat, nihil di-
cēs: nisi tantum posito in terra capite, & prostra-
tus pronus omnium de oratorio exeuntium pe-
dibus se, proijciat. Et hoc tandiu faciat, vsq; dum
Abbas iudicauerit satisfactum esse. Qui cum
iul.

iussus ab Abbate venerit, prouoluat seipsum Ab-
 batis pedibus, deinde omnium vestigijs fratrum,
 vt orent pro eo. Et tunc si iusserit Abbas, reci-
 piatur in choro, vel in ordine quo Abbas decre-
 uerit: ita sanè, vt psalmum, aut lectionem, vel a-
 liud quid non præsumat in oratorio imponere,
 nisi iterum Abbasi iubeat. Et omnibus horis dum
 completur opus Dei projiciat se in terram in lo-
 co, in quo stat: & sic satisfaciat, vsque dum ei
 iubeat iterum Abbas, vt quiescat iam ab hac sa-
 tisfactione. Qui verò pro leuibus culpis excom-
 municantur tantum à mensa in oratorio satisfa-
 ciant vsque ad iussionem Abbatis. Et hoc semper
 faciant vsque dum benedicat, & dicat sufficit.

¶ De his, qui falluntur in oratorio.

Cap. XLV.



I quis dum pronuntiat psalmum,
 responsorium, aut antiphonam,
 vel lectionem fallitur: nisi cum
 satisfactione ibi coram omnibus
 humiliatus fuerit, maiori vindi-
 ctæ subiaceat: quippe qui nolit
 humilitate corrigere, quod negligentia deliquit.
 Infantes verò pro tali culpa vapulent.

¶ De

REGVLA

¶ De his, qui in aliquibus rebus leuibus delinquant.

Cap. XLVI.



I quis dum in labore quouis, in coquina, in cellario, in monasterio, in pistrino, in horto, in arte aliqua, dum laborat, vel in quocunq; loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam, aut perdiderit, vel aliud excesserit vbiubi: & non veniens continuò ante Abbatem, vel congregationem ipse vltro satisfecerit, & prodiderit delictum suum, cum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendationi. Si animæ vero peccati causa latens fuerit, tantum Abbati, aut spiritualibus senioribus patefaciat, qui sciant curare sua & aliena vulnera, non detegere, ac publicare.

¶ De signanda hora operis Dei.

Cap. XLVII.



VNtianda hora operis Dei die noctuque sit cura Abbati: vt aut ipse nuntiet, aut tali sollicito fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus cõpleantur. Psalmos autè, vel antiphonas post Abbatè ordine suo quibus iussu fuerit imponat.

Can.

Cantare autem, & legere non præsumat, nisi qui potest ipsum officium implere: vt ædificetur audientes. Quod cum humilitate, & grauitate, & tremore fiat, & cui iusserit Abbas.

¶ De opere manuum quotidiano.

Cap. XLVIII.



Ociositas inimica est animæ, & ideo Eccl. 33
certis temporibus occupari debent
fratres in labore manuum: certis ite-
rum horis in lectione diuina. Ideoq;

hac dispositione credimus vtraque tempora ordi-
nari: id est, vt à Pascha vsque ad Calend. Octo-
bris manè exeuntes à prima vsque ad horam pe-
nè quartam laborent, quod necessarium fuerit.

Ab hora autem quarta vsq; ad horam quasi sex-
tam lectioni vacent. Post sextam autem surgentes

à mensa pausent in lectis suis cum omni silentio:
aut fortè qui voluerit sibi legere, sic legat, vt aliū

non inquietet. Agatur nona temperiùs mediante
òctaua hora: & iterum quod faciendum est ope-

rentur vsque ad vesperam. Si autem necessitas lo-
ci, aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligēdas

per se occupentur, non contristentur: quia tunc
verè monachi sunt, si de labore manuum suarum

REGVLA

viuunt: sicut & patres nostri, & apostoli. Omnia tamen mensuratè fiant propter pusillanimes.

A Calend. autem Octobris vsque ad caput quadragesimæ vsque ad horam secundam plenam lectioni vacent: hora secunda agatur tertia: & vsque ad nonam omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. Facto autem primo signo horæ nonæ, disiungant se ab opere suo singuli: & sint parati, cum secundum signum pulsauerit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis, aut psalmis.

IN quadragesimæ verò diebus à mane vsque ad tertiam plenam lectioni vacent: & vsque ad decimam plenam operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus quadragesimæ accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant, qui codices in capite quadragesimæ dandi sunt. Ante omnia sanè deputentur vnus aut duo seniores, qui circumeant monasterium horis, quibus vacant fratres lectioni, & videant ne fortè inueniatur frater accidiosus, qui vacet otio, aut fabulis, & nõ sit intentus lectioni: & non solum sibi inutilis sit, sed etiam alios extollat. Hic talis si (quod absit) repertus fuerit, corripiatur semel & secundo: si non emendauerit, corripiatur.

reptioni regulari subiaceat, taliter, vt ceteri metū habeāt. Neq; frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes: exceptis his, qui varijs officijs deputati sunt. Siquis verò ita negligens & desidiosus fuerit, vt non velit, aut non possit meditari, aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, vt non vacet. Fratibus infirmis, aut delicatis talis opera, aut ars iniungatur, vt nec otiosi sint, nec violētia laboris opprimantur vt effugentur. Quorum imbecillitas ab Abbate consideranda est.

¶ *De Quadragesimæ obseruatione. Cap. XLIX.*

Icet omni tempore vita monachi quadragesimæ debeat obseruationem habere: tamen quia paucorū est ista virtus, ideo suademus istis diebus quadragesimæ omni puritate vitam suam custodire, omnes pariter negligētias aliorum tēporum his diebus sanctis diluere. Quod tunc dignè fit, si ab omnibus vitijs nos tēperemus, orationi cum fletibus, lectioni & compūctiōni cordis atq; abstinetiæ operā demus: Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad solitum pen-

REGVLA

penſum ſeruitutis noſtræ: orationes peculiareſ, ciborum & potuſ abſtinentiam: & vnusquiſq; ſuper menſuram ſibi indiſtam aliquid propria voluntate cum gaudio ſancti Spirituſ offerat Deo, ideſt, ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurrilitate, & cum ſpiritualiſ deſiderij gaudio ſanctum paſcha expectet. Hoc ipſum tamẽ, quod vnusquiſq; offert, Abbati ſuo ſuggerat: & cum eiſ fiat oratione, & volũtate. Quia quod ſine permiſſione patriſ ſpiritualiſ fit, præſumptioni deputabitur, & vanagloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatiſ omnia agenda ſunt.

¶ De fratribuſ, qui longè ab oratorio laborant, aut in via ſunt. Cap. L.



Ratres, qui omnino longè ſunt in labore, & non poſſunt occurrere hora competenti ad oratoriũ, & Abbas hoc perpendit, quia ita eſt, agant ibidem opus Dei ubi operantur, cum tremore diuino ſelectentes genua. Similiter qui in itinere directi ſunt, non eoſ prætereant horæ conſtitutæ: ſed vt poſſunt agant ſibi: & ſeruitutis penſum non negligant reddere.

¶ De

¶ *De fratribus, qui non satis longè proficiscuntur.*

Cap. LI.



FRATRES, qui pro quouis respon-
sio proficiscuntur, & ea die sperant
reverti ad monasterium, non præ-
sumant foris manducare, etiam si
à quouis rogentur: nisi fortè eis
ab Abbate suo præcipiatur. Quòd si aliter fece-
rint, excommunicentur.

¶ *De Oratorio monasterij.*

Cap. LII.



ORATORIVM hoc sit quod di-
citur: nec ibi quicquam aliud gera-
tur, aut condatur. Expleto opere
Dei, omnes cum summo silentio
exeant: & agatur reuerentia Deo:
vt frater, qui fortè sibi peculiariter vult orare,
non impediatur alterius improbitate. Sed si alter
vult sibi fortè secretius orare, simpliciter intret,
& oret, non in clamosa voce, sed in lachrymis,
& intentione cordis. Ergo qui simile opus non
facit, non permittatur expleto opere Dei remo-
rari in oratorio, sicut dictum est, ne alius impe-
dimentum patiatur.

REGVLA

De hospitibus suscipiendis.

Cap. LIII.

Mat. 25



OMNES superuenientes hospites tāquam Christus suscipiantur: quia ipse dicturus est. Hospes fui, & suscepistis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domesticis fidei, & peregrinis. Vt ergo hūntiatus fuerit hōspes, occurratur ei à priore, vel à fratribus cum omni officio charitatis: & primitus orent pariter, & sic sibi socientur in pace: quod pacis osculum non prius offeratur, nisi oratione prēmīssa propter illūSIONES diābolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus, siue discedentibus hospitibus inclinato capite, vel prostrato omni corpore in terra, Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Suscepti autem hospites ducantur ad orationem: & postea sedeat cum eis prior, aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex diuina vt ædificetur, & post hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium à priore frangatur propter hospite: nisi fortè præcipuus sit dies ieiunij, quod possit violari. Fratres autem consuetudines ieiuniorum prosequantur. Aquam in manibus Abbas hospitibus det: pedes hospitibus om-

omnibus tam Abbas, quam cuncta congregatio lauet, quibus lotis, hunc versum dicant. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Pauperum autem, & peregrinorum maximè susceptio omni cura sollicitè exhibeatur: quia in ipsis Christus magis suscipitur. Nam diuitum terror ipse sibi exigit honorem. Psal. 47:

COquina Abbatis & hospitem per se sit, ut in certis horis superuenientes hospites, qui nunquam desunt monasterio, non inquietent fratres. In quam coquinam ingrediantur duo fratres ad annum, qui ipsum officium bene impleant. Quibus ut indigent, solatia administrentur, ut absque murmuratione seruiant. Et iterum quando occupationem minorem habent, excant ubi eis imperatur in opera. Et non solum in ipsis, sed & in omnibus officijs monasterij ista sit consideratio, ut quando indigent, solatia accommodentur eis: & iterum quando vacant, obediant imperanti. Item & cellam hospitem habeat assignatam frater, cuius animam timor Dei possideat, ubi sint lecti strati sufficienter, & domus Dei à sapiētibus sapienter administretur. Hospitibus autem cui non præcipitur, nullatenus societur, neque colloquatur. Sed si obuiauerit, aut viderit, salutatis

REGVLA

humiliter, vt dictum est, & petita benedictione, pertransseat : dicens sibi non licere colloqui cum hospite.

¶ Si debeat monachus literas vel eulogia suscipere.

Cap. LIIII.

Nullatenus liceat monacho nec à parentibus suis, nec à quoquam hominum, nec sibi inuicem literas, aut eulogia, vel quolibet munuscula accipere, aut dare sine præcepto Abbatis sui. Quòd si etiam à parentibus suis ei quicquam directum fuerit, non præsumat suscipere illud, nisi priùs indicatum fuerit Abbati. Quod si iusserit suscipi, in Abbatis si potestate cui illud iubeat dari : & non contristetur frater, cui fortè directum fuerat, vt non detur occasio diabolo. Qui autem aliter præsumpserit, disciplinæ regulari subiaceat.

¶ De vestimentis, vel calciamentis fratrum.

Cap. LV.

Vestimenta fratribus secundùm locorum qualitatem vbi habitant, vel aërum temperiem dentur: quia in frigidis regionibus ampliùs indiget, in calidis verò minùs. Hęc ergo

ergo consideratio penes Abbatem sit. Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam & tunicam, cucullam in hyeme villosam: in æstate puram, aut vetustam, & scapulare propter opera: indumenta pedum, pedules & caligas. De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur monachi, sed quales inueniri possunt in prouincia, in qua habitât, aut quod vilius comparari potest. Abbas autem de mensura prouideat, vt non sint curta ipsa vestimenta vtentibus eis, sed mensurata. Accipientes noua, vetera semper reddât in præsentî, deponenda in vestiario propter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lauare ipsas res. Iam quod superfuerit, superfluum est, & amputari debet. Et pedules, & quodcunq; est vetustum, reddât, cum accipiunt nouum. Femoralia hi qui in via diriguntur, de vestiario accipiant: qui reuertentes, lota ibi restituât. Et cucullæ, & tunicæ sint aliquanto his, quas habere soliti sunt, meliores: quas exeuntes in viam accipiant de vestiario, & reuertentes restituant.

Stramenta autem lectorum sufficiant matta, sagum, læua, & capitale. Qui tamen lecti frequē

REGVLA

quenter ab Abbate scrutandi sunt propter opus peculiare, ne inueniatur: & si cui inuentum fuerit, quod ab Abbate non acceperit grauissimæ disciplinae subiaceat. Et vt hoc vitium peculiare radicibus amputetur, dentur ab Abbate omnia, quæ sunt necessaria, idest, cuculla, tunica, pedules, caligæ, brabile, cultellus, graphium, acus, mapula, tabulæ, vt omnis auferatur necessitatis excusatio. A quo tamen Abbate semper consideretur illa sententia Actuum Apostolorum, quod dabatur singulis pro vt cuiq; opus erat. Ita ergo & Abbas consideret infirmitates indigentium, non malam voluntatem inuidentium. In omnibus tamen iudicijs suis Dei retributionem cogitet.

Actu. 4.

De mensa Abbatis. Cap. LVI.



Mensa Abbatis cum hospitibus & peregrinis sit semper. Quoties tamen minus sunt hospites, quos vult de fratribus vocare, in ipsius sit potestate. Seniorum unum tamen aut duos semper cum fratribus dimittendos procuret propter disciplinam.

De artificibus monasterij. Cap. LVII.

AR.



Rifices si sunt in monasterio, cū omni humilitate, & reuerentia faciunt ipsas artes: si tamen iusserit Abbas. Quòd si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suæ, eo quòd videatur aliquid cōferre mo-

nasterio, hic talis euellatur ab ipsa arte, & denuò per eam non trāseat: nisi forte humiliato ei iterū Abbas iubeat. Si quid verò ex operibus artificum venūdandum est, videant ipsi per quorū manus transigenda sunt, ne aliquam fraudē præsument inferre. Memorētur Ananiæ, & Saphiræ, ne fortè mortem, quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti, vel omnes, qui aliquam fraudē de rebus monasterij fecerint, in anima patiantur. In ipsis autē pretijs non surrepat auaritiæ malum, sed semper aliquantulum viliùs detur, quàm ab alijs secularibus datur, vt in omnibus glorificetur Deus.

¶ *De disciplina suscipiendorum fratrum.*

Cap. LVIII.



Quitèr veniat si quis ad conuersionē, non ei facilis tribuatur ingressus. Sed sicut ait Apostolus, probentur spiritus si ex Deo sunt. Ergo si veniens

1. Ioan.
c. 4.

REGVLA

perseverauerit pulsans, & illatas sibi iniurias, & difficultatem ingressus post quatuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare, & persistere petitioni suæ, annuatur ei ingressus, & sit in cella hospitem paucis diebus. Postea autem sit in cella nouitiorum, vbi meditetur, & manducet, & dormiat. Et senior ei talis deputetur, qui aptus sit ad lucradas animas: qui super eum omnino curiosè intendat, & sollicitus sit, si verè Deum quærit: & si sollicitus est ad opus Dei, ad obediētiam, & opera probria. Prædicentur ei dura, & aspera, per quæ itur ad Deum. Et si promiserit de stabilitatis suæ perseverantia, post duorum mensium circulum legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei.

Ecce lex, sub qua militare vis: si potes obseruare, ingredi: si verò non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam nouitiorum, & iterum probetur in omni patiētia. Et post sex mēsum circulum relegatur ei regula, vt sciat ad quid ingreditur. Et si adhuc stat, post quatuor mēses iterum relegatur ei eadem regula. Et si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire, & cuncta sibi imperata seruare, tunc suscipiatur in congregatione, sciens se sub lege regulæ cōstitutū, quòd ei ex illa die non liceat

egre

egredi de monasterio, nec collum excutere de sub iugo regulæ, quam sub tam morosa deliberatione licuit recusare, aut suscipere.

Suscipientes autem, in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua, & conuersione morum suorum, & obedientia coram Deo & sanctis eius, vt si aliquando aliter fecerit, ab eo se dānandum sciat quem irridet. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen sanctorum, quorum reliquiæ ibi sunt, & Abbatis præsentis. Quam petitionem manu sua scribat: aut certè si non scit literas alter ab eo rogatus scribat: & ille nouitius signum faciat: & manu sua eam super altare ponat. Quam cum posuerit, incipiat ipse nouitius mox hunc versum. Suscipe me Domine secundū Psal. 118: eloquiū tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Quem versum omnis congregatio terciò respondeat adiūgentes Gloria patri. Tunc ipse frater nouitius prosternatur singulorum pedibus vt orent pro eo: & iam ex illa hora in cōgregatione reputetur. Res si quas habet, aut croget prius pauperibus, aut facta solēniter donatione conferat monasterio, nihil sibi reseruans ex omnibus: quippe qui ex illo die, nec proprii corporis potestaté se habiturum sciat. Mox ergo
in

REGVLA

oratorio exuatur rebus proprijs, quibus vestitus est, & induatur rebus monasterij. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conseruanda: vt si aliquando, suadente diabolo, cōsenserit vt egrediatur de monasterio (quod absit) tunc exutus rebus monasterij, proijciatur. Illā tamen petitionē, quam desuper altare Abbas tulit, non recipiat, sed in monasterio reseruetur.

¶ *De filijs nobiliū, vel pauperum, qui offeruntur.*

Cap. LIX.



Iquis fortè de nobilibus offert filiū suū Deo in monasterio: si ipse puer minori etate est, parētes eius faciant petitionem, quam suprā diximus, & cum oblatione ipsam petitionē & manū pueri inuoluant in palla altaris, & sic eum offerāt. De rebus autem suis aut in præsenti petitione promittāt sub iure iurādo, quia nūquam per se, nūquā per suspectā personā, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occasionem habendi. Vel certè si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemosynam monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus, quas dare volunt monasterio,

do

donationem, reseruato sibi, si ita voluerint, vsu
 fructuario. Atq; ita omnia obstruantur, vt nulla
 suspicio remaneat puero per quam deceptus pe-
 rire possit (quod absit) quod experimento didici-
 mus. Similiter autem & pauperiores faciant. Qui
 verò ex toto nihil habent, simpliciter petitionem
 faciant, & cum oblatione offerat filium suum co-
 ram testibus.

*¶ De sacerdotibus, qui voluerint in monasterio
 habitare. Cap. LX.*



I quis de ordine sacerdotum in mo-
 nasterio se suscipi rogauerit, non
 quidem ei citius assentiatur. Tamen
 si omnino perstiterit in hac suppli-
 catione, sciat se omnem regulæ dis-
 ciplinam seruaturum, nec aliquid ei relaxabitur,

vt sit sicut scriptum est. Amice ad quid venisti? Matt. 27


Concedatur ei tamen post Abbatem stare, & be-
 nedicere, aut missas tenere, si tamen, iusserit ei Ab-
 bas. Sin aliàs, nullatenus aliqua præsumat, sciens
 se disciplinæ regulari subditum, & magis humi-
 litatis exempla omnibus det. Si fortè ordinatio-
 nis, aut alicuius rei causa fuerit in monasterio,
 illum

REGVLA

illum locum attendat, quando ingressus est monasterium, non illum, qui ei pro reuerentia sacerdotij concessus est. Clericorum autem si quis eodem desiderio monasterio sociari voluerit, loco mediocri collocetur, & ipse tamen si promittit de obseruatione regulæ, vel propria stabilitate.

¶ De monachis peregrinis qualiter suscipiantur.

Cap. LXI.



I quis monachus peregrinus de longinquis prouincijs superuenerit, si pro hospite voluerit habitare in monasterio, & contentus fuerit cōsuetudine loci, quam inuenerit: & non fortè superfluitate sua perturbat monasterium, sed simpliciter contentus est quod inuenerit: suscipiatur quanto tempore cupit. Si qua sanè rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit, aut ostendit, tractet Abbas prudenter, ne fortè eum propter hoc ipsum Dominus direxerit. Si verò postea voluerit stabilitatem suã firmare, non renuatur talis voluntas, & maximè, quia tempore hospitalitatis potuit eius vita dignosci. Quòd si superfluus, aut vitiosus inuentus fuerit tempore hospitalitatis, non solum non

de

debet sociari corpori monasterij, verùm etiam dicatur ei honestè vt discedat, ne eius miseria etiam alij vitentur. Quòd si non fuerit talis, qui mereatur proijci, non solùm si petierit, suscipiatur congregationi sociandus, verùm etiam suadeatur vt stet, vt eius exemplo alij erudiantur: & quia in omni loco vni Domino seruitur, vni regi militatur. Quem si etiam talem esse perspexerit Abbas, liceat eum in superiori aliquatulum constituere loco. Non solùm autem monachum sed etiam de supradictis gradibus sacerdotum, vel clericorum, stabilire potest. Abbas in maiori, quam ingreditur loco, si eius talem prospexerit esse vitam. Caueat autem Abbas, ne aliquando de alio noto monasterio monachum ad habitandum suscipiat sine consensu Abbatis eius, aut literis commendatitijs: quia scriptũ est. Quod tibi non vis fieri, Tob. 4. alteri ne feceris.

¶ De sacerdotibus monasterij.

Cap. LXII.



Iquis Abbas sibi presbyterum, vel diaconum ordinari petierit, de suis eligat qui dignus sit sacerdotio fungi. Ordinatus autem caueat elatione, aut

REGVLA

aut superbiã, nec quicquàm præsumat, nisi quod ei ab Abbate præcipitur, sciens se multò magis disciplinæ regulari subditum. Nec occasione sacerdotij obliuiscatur regulæ obedientiam & disciplinam, sed magis ac magis in Deum proficiat. Locum verò illum semper attendat, quo ingressus est monasterium, præter officium altaris; & si fortè electio congregationis, & voluntas Abbatis, pro vitæ merito eum promouere voluerit. Qui tamen regulam à decanis, vel præpositis constitutam sibi seruandam sciat. Quòd si aliter præsumpserit, non vt sacerdos, sed vt rebellis iudicetur. Et sæpe admonitus si non correxerit, etiam episcopus adhibeatur in testimonium. Quòd si nec sic emendauerit, clarescentibus culpis, proijciatur de monasterio: si tamen talis fuerit eius cõtumacia, vt subdi, aut obedire regulæ nolit.

¶ *De ordine congregationis.*

Cap. LXIII.



Ordines suos in monasterio ita conseruent, vt conuersionis tempus, & vitæ meritum discernit, vel vt Abbas constituerit. Qui Abbas non conturbet gregem sibi commissum: nec quasi libera vtens

potestate, iniuste disponat aliquid, sed cogitet semper quod de omnibus iudicijs, & operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines, quos constituerit, vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum imponendum, in choro standum. Et in omnibus omnino locis ætas non discernatur in ordine, nec præiudicet: quia Samuel, & Daniel pueri presbyteros iudicauerunt. Ergo exceptis his quos (vt diximus) altiori consilio Abbas prætulerit, vel degradauerit certis ex causis, reliqui omnes vt conuertuntur ita sint. Vt (verbi gratia) qui secunda diei hora venerit in monasterio, iuniorem se nouerit esse illo, qui prima hora diei venit, cuiuslibet ætatis, aut dignitatis sit.

P Veris verò per omnia ab omnibus disciplina teneatur. Iuniores ergo priores suos honorent, priores iuniores suos diligant. In ipsa autem appellatione nominum, nulli liceat alium puro appellare nomine, sed priores iuniores suos fratres nomenclent, iuniores autem priores suos domnos vocet, quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem quia vices Christi agere videtur, dominus, & Abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore, &

REGVLA

Rom. 1.
c. 12.

amore Christi. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, vt dignus sit tali honore. Vbicunque autem sibi obuiant fratres, iunior à priore benedictione petat. Transente maiore, iunior surgat, & det ei locum sedendi: neque præsumat iunior cōsedere, nisi ei præcipiat senior suus, vt fiat quod scriptū est. Honore inuicem præuenientes. Pueri vel adulescentes: in oratorio, vel ad mensam cum disciplina ordines suos cōsequantur: foris autē vel vbi vbi custodiam habeant, & disciplinam, vsq; dum ad intelligibilem ætatem perueniant.

¶ De ordinando Abbate.

Cap. LXVIII.



IN Abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, vt hic constitutatur, quem sibi omnis concors congregatio secundum timorem Dei, siue etiam pars, quanuis parua congregationis saniori consilio elegerit. Vitæ autem merito, & sapientiæ doctrina eligatur qui ordinandus est, etiam si vltimus fuerit in ordine cōgregationis. Quòd si etiam omnis congregatio vitijs suis (quod quidē absit) consentientem personā pari cōsilio elegerit: & vitia ipsa
ali

aliquatenus in notitiam episcopi, ad cuius dioecesim pertinet locus ipse, vel Abbatibus aut Christianis vicinis claruerint, prohibeant prauorum præualere consensum, & domui Dei dignum constituent dispensatorē, scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud castè, & zelo Dei faciant, sicut è contrario peccatum incururos, si negligant.

Ordinatus autem Abbas, cogitet semper quale onus suscepit, & cui redditurus est rationem villicationis suæ: sciatque sibi oportere prodesse magis, quàm præesse. Oportet ergo eum esse doctum lege diuina, vt sciat vnde proferat noua & vetera: castum, sobrium, misericordem, & semper superexaltet misericordiam iudicio, vt idem ipse cōsequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autē correptione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dum nimis cupit eradere eruginē, frangatur vas. Suamq; fragilitatem semper suspectus sit: memineritq; calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus, vt permittat nutrirī vitia: sed prudenter, & cum charitate ea amputet, prout viderit cuiq; expedire, sicut iam diximus: & studeat plus amari, quàm timeri. Non sit turbulentus & anxius: non sit nimius, & obstinatus:

Nota.

REGVLA

non sit zelotypus, & nimis suspiciosus: quia nūquam
 quāquam requiescet. In ipsis imperijs suis sit prouidus
 & consideratus: siue secūndum Deum, siue secūndum
 seculum sint. Opera, quæ iniungit, discernat, & temperet,
 cogitans discretionem sancti Iacob dicentis. Si greges meos
 plūs in ambulando fecero laborare, morientur cunēti vno die.
 Hac ergo, aliaq; testimonia, discretionis matris virtutum
 sumens, sic omnia temperet, vt sit quod & fortes cupiant,
 & infirmi non refugiant. Et præcipuè vt præsentem regulam
 in omnibus cōseruet: vt cū bene ministrauerit, audiat à Domino,
 Seruus bonus, qui erogauit triticum conseruis suis in tēpore
 suo, Amen dico vobis, ait, super omnia bona sua constituet eum.

¶ De Præposito monasterij.

Cap. LXV.



Æpius quidem contingit, vt per ordinationem Præpositi, scandala grauia in monasterijs oriantur: dum sunt aliqui maligno spiritu superbiæ inflati, qui existimantes se secundos Abbates esse, assumētes sibi tyrānidem, scandala nutriunt, & dissensiones in congre-

gatione faciunt, & maximè in illis locis, vbi ab eodem sacerdote, vel ab eisdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipsis etiam & Præpositus ordinatur. Quod quàm sit absurdum, facile aduertitur: quia ab ipso initio ordinationis materia ei datur superbiendi: dum ei suggeritur à cogitationibus suis exutum se esse à potestate Abbatis sui; quia ab ipsis est ordinatus, à quibus & Abbas. Hinc suscitatur inuidiæ, rixæ, detractiones, emulationes, dissensiones, & inordinationes: & dum contraria sibi inuicem Abbas Præpositusq; sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari: & hi qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem. Cuius periculi malû illos respicit in capite, qui talibus in ordinatione se fecerunt auctores.

I Deoque nos præuidemus expedire propter pacis, charitatisque custodiam in Abbatis p̄dere arbitrio ordinationem monasterij sui: & si potest fieri, per decanos ordinetur: vt antea disposuimus omnis vtilitas monasterij prout Abbas disposuerit: vt dum pluribus committitur, vnus non superbiat. Quod si aut locus expetit, aut cōgregatio petierit rationabiliter cū humilitate, & Abbas iudicauerit expedire, & quęcūq; elegerit Abbas cum

REGVLA

consilio fratrum timentium Deum ordinet ipse sibi Præpositum. Qui tamen Præpositus illa agat cum reuerentia, quæ ab Abbate suo ei iniuncta fuerint: nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens: quia quantum prælatus est cæteris, tantum eum oportet sollicitè obseruare præcepta regulæ. Qui Præpositus si repertus fuerit vitiosus, aut elatione deceptus superbiæ, aut contemptor sanctæ regulæ fuerit comprobatus, admonetur verbis vsque quater: si non emendauerit, adhibeatur ei correptio disciplinæ regularis. Quod si neq; sic correxerit: tunc deiciatur de ordine præposituræ: & alius, qui dignus sit, in loco eius subrogetur. Quod & si postea in congregatione quietus & obediens non fuerit, etiam de monasterio expellatur. Cogitet tamen Abbas se de omnibus iudicijs suis Deo redditurum rationem: ne fortè inuidiæ, aut zeli flamma urat animam.

¶ De ostiarijs monasterij. Cap. LXVI.



AD portam monasterij ponatur senex sapiens, qui sciat accipere respõsum, & reddere: cuius maturitas eum non sinat vagari. Qui portarius cellam de

debet habere iuxta portam: vt venientes semper præsentem inueniant, à quo responsum accipiât. Et mox vt aliquis pulsauerit, aut pauper clauerit, Deo gratias respondeat, aut benedicat: & cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum feruore charitatis. Qui portarius si indiget solatio, iuniorem fratrem accipiat. Monasterium autem, si possit fieri, ita debet construi: vt omnia necessaria, idest, aqua, molen-
dinum, hortus, pistrinum, vel artes diuersæ intra monasterium exerçantur: vt non sit necessitas monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorū. Hanc autem regulam sæpius volumus in congregatione legi: ne quis fratrum se de ignorantia excuset.

¶ *De fratribus in via directis.*

Cap. LXXVII.



Dirigendi fratres in via, omnium fratrum, vel Abbatis orationi se commendunt: semper ad orationem vltimam operis Dei commemoratio omnium absentium fiat. Reuertentes


autem de via fratres ipso die, quo redeunt, per omnes canonicas horas dum expletur opus Dei

REGVLA

prostrati solo oratorij, ab omnibus petāt orationem propter excessus: ne quid fortè surreperit in via visus, aut auditus malæ rei, aut otiosi sermonis. Nec præsumat quisquam alijs referre, quæcunq; extra monasterium viderit aut audierit, quia plurima destructio est. Quod si quis præsumpserit, vindictæ regulari subiaceat. Similiter & qui præsumpserit claustra monasterij egredi, vel quocunq; ire, vel quippiam, quanuis paruum, sine Abbatis iussione facere.

¶ *Si fratri impossibilia iniunguntur.*

Cap. LXVIII:



I cui fratri aliqua fortè grauias, aut impossibilia iniunguntur, suscipiat quidem iubētis imperium cum omni mansuetudine, & obedientia. Quòd si omnino virium suarum mensuram viderit pondus excedere, impossibilitatis suæ causas ei, qui sibi præest, patienter, & opportunè suggerat, non superbiendo, aut resistendo, vel contradicendo. Quod si post suggestionem suam, in sua sententia prioris imperium perdurauerit, sciat iunior ita sibi expedire: & ex charitate confidēs de adiutorio Dei obediat.

¶ Ut in monasterio non præsumat alter alterũ defendere.

Cap. LXIX.



Immo opere præcauendum est, ne quauis occasione præsumat alius alium defendere monachum in monasterio, aut quasi tueri: etiam si qualibet consanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id à monachis præsumatur: quia ex inde grauissima occasio scandalorum oriri potest. Quòd si quis hæc transgressus fuerit, acrius coërceatur.

¶ Ut non præsumat quisquam aliquem passim cedere, aut excommunicare. Cap. LXX.



Itetur in monasterio omnis præsumptionis occasio. Ordinamus atque constituimus, vt nulli liceat quemquam fratrum suorum excommunicare, aut cedere, nisi cui potestas ab Abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, vt cæteri metum habeant. Infantibus verò vsque ad quintum decimum annum ætatis, disciplinæ diligentia sit: & custodia adhibeatur ab omnibus; sed & hoc cunct

REGVLA

omni mensura, & ratione. Nam in fortiori ætate, qui præsumpserit aliquatenus sine præcepto Abbatis, vel in ipsos infantes sine discretione exarsit, disciplinæ regulari subiaceat: quia scriptum est. *Tob. 4.* Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

¶ Vt obedientes sint sibi fratres inuicem.

Cap. LXXI.



Bedientia bonum non solum Abbati exhibendum est: sed etiam sibi inuicem obediant fratres, scientes per hanc obedientiaem viam, se ituros ad Deum. Præmissis ergo Abbatis, aut Præpositorum, qui ab eo constituuntur, imperio, cui non permittimus priuata imperia præponi, de cetero omnes iuniores prioribus suis omni charitate, & solitudine obediât. Quod si quis contentiosus reperitur, corripatur. Si quis autem frater pro quauis minima causa ab Abbate, vel à quocunque priore suo corripitur quolibet modo, vel si leuiter senserit animû prioris cuiuscunque contra se iratum, vel commotum, quanuis modicè, mox sine mora tandiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, vsq; dum benedictione sanetur illa cōmotio. *Quod si*

si quis contempserit facere, aut corporali vindictæ subiaceat, aut si contumax fuerit, de monasterio expellatur.

¶ *De zelo bono, quem debent monachi habere.*

Cap. LXXII.



Icut est zelus amaritudinis malus, qui separat à Deo, & ducit ad infernum ita est zelus bonus, qui separat à vitijs, & ducit ad Deum, & ad vitam æternam. Hunc ergo zelum feruentissimo amore exercent monachi, id est, vt honore se inuicem præueniant. Infirmittates suas siue corporum, siue morum patientissimè tolerant: obediētiam sibi certatim impendant. Nullus quod sibi vtile iudicat, sequatur, sed quod magis alij. Charitatem fraternitatis casto impendant amore. Deum timeant, Abbatem suum syncera, & humili charitate diligant, Christo omnino nihil præponant: qui nos pariter ad vitam æternam perducatur. Amen.

¶ *De eo, quod non omnis obseruatio iustitie in hac sit regula constituta.*

Cap. LXXIII.

REGVLA.S.BENEDICTI.

Regulam autem hanc descripsimus, ut eam obseruantes in monasterijs aliquid quatenus vel honestatem morū, aut initium conuersationis nos demonstremus habere. Cæterum ad perfectionem conuersationis qui festināt, sunt doctrinæ sanctorum patrū: quarum obseruatio perducit hominem ad celsitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis sermo diuinæ authoritatis veteris ac noui testamenti non est rectissima norma vitæ humanæ? Aut quis liber sanctorū catholicorum patrum hoc non resonat, ut recto cursu perueniamus ad Creatorem nostrum? Necnon & collationes patrum, & instituta, & vita eorum, sed & regula sancti patris nostri Basilij, quid aliud sunt, nisi bene uiuentium & obedientium monachorum exempla & instrumenta virtutum? Nobis autem desidiosis, & malè uiuentibus, atque negligentibus rubor confusionis est. Quisquis ergo ad patriam cœlestem festinas, hanc minimam inchoationis regulam descriptam, adiuuante Christo perface: & tunc demum ad maiora, quæ supra commemorauimus, doctrinæ, virtutumque culmina, Deo protegente, peruenies.

Amen.

DE

46

DEVOTISSIMA

PROFITENDI SVB EADEM

Beatissimi Patris Benedicti Regula, iuxta opti-
mam consuetudinem congregationis Calie-
nensis, aliàs Sanctæ Iustinæ de
Padua.



Vando nouitius profiteri debet, pater
monasterij præparet se missam celebra-
turus, aut alius, afsistente patre. Et post
offertorium accedat nouitius professio-
nis ante altare, & rectus legat petitionem suam
dicens.

¶ Forma petitionis.



N nomine Domini nostri IESV
Christi. Amē. Anno à natiuitate eius-
dem M. D. die mensis, ego do. B. de
tali loco, & diœcesi promitto stabili-
tatem meam, & conuersionem morum meorum;
obedientiam secundum Regulam sancti Benedi-
cti coram Deo & omnibus Sanctis, quorum re-
liquiæ habentur in hoc monasterio. N. diœcesis
N. in præsentia do. B. Abbatis eiusdem mona-
sterij sub congregatione S. Iustinæ, ad cuius rei
fidem

FORMA

fidem hanc petitionem manu propria scripsi die,
de quo supra. Quam perfectam offerat super al-
tare, illud osculando, ac signum crucis in ea manu
propria imprimendo. Postea stante eo genibus fle-
xis, pater monasterij dicat hanc orationem abso-
lutè.

O Remus, ^{sorores} Fratres charissimie vt quod frater iste ^{soror}
ore profess^a est, opere feliciter compleat:
auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum
Patre, & Spiritu sancto viuit & regnat, Deus per
omnia secula seculorum, Amen.

¶ Tunc iste nouitius dicat ter hūc versum: faciēdo
tres genuflexiones in modum psallendi.

Suscipe me Dñe secūndum eloquiū tuū & viuam:
& non confundas me ab expectatione mea.

Et chorus similiter respondeat eundem versum cū
Gloria Patri.

¶ Nouitio igitur stāte genibus flexis, capite aliqua
tulū inclinato, caputiū profundè in capite tenen-
te, Pater monasterij mediocri voce cantando hos
dicat versus sequentes cum suis orationibus.

Kyrie eleyson. *Chorus respondet.* Christe eleyson.

Kyrie eleyson. Pater noster. *Vers.* Et ne nos. *Resp.*

Sed libera. *Vers.* Saluam fac ^{ancilla} seruu tuā. *Resp.* Deus
meus sperantem in te. *Vers.* Ostende ei Domine

miser

misericordiam tuam. *Resp.* Et salutare tuum da

ei. *Vers.* Esto ei Domine turris fortitudinis. *Resp.*

A facie inimici. *Vers.* Nihil proficiat inimicus in

ea. *Resp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Vers. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

Resp. Et de Sion tuere eum. *Vers.* Domine

exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus

ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et

cum spiritu tuo. *Oremus.*

Oratio.

DEVS indulgentiæ pater, qui severitatem tuę
distinctionis temperans indulxisti ne filius
portet iniquitatem patris, & qui mira dispensa-
tione etiam malis bene utens, tuę dignationis
gratiam per eos frequenter operaris: quæsumus
clementiam tuam: ut huic famulo tuo non ob-
sistat, quod habitum religionis per nos tanta ac-
tali re indignos accipit, sed ministerium, quod
per nos exterius exhibetur, tu interius per do-
num sancti Spiritus exequaris. Per Dominum no-
strum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit &
regnat in unitate eiusdem Spiritus &c. *Oremus.*

Oratio.

DEVS qui per coeternum filium tuum cun-
cta creasti, quiq; mundum peccatis inverte-
ratum,

FORMA

ratum, per mysterium incarnationis eius renouare dignatus es: te suppliciter exoramus, vt eiusdem Domini nostri gratia super hanc famulam tuam abrenuntiationem seculi profitentem clementer respicere dignetur: per quam in spiritu mentis suæ renouata, veterem hominem cum actibus suis exuat, & nouum, qui secundum Deum creatus est, induere mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Oremus.

Oratio.

Domine Iesu, qui es via, sine qua nemo venit ad Patrem, quaesumus benignissimam clementiam tuam, vt hanc famulam tuam à carnalibus desiderijs abstractam, per iter disciplinae regularis deducas, vt qui peccatores vocare dignatus es, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, presta, vt hæc vox inuitationis tuæ ita in eam conualescat, quatenus onera peccatorum deponens, & quam dulcis es gustans, tua refectio sustentari mereatur, & sicut attestari de ouibus tuis dignatus es, agnosce eam inter oues tuas, & ipsa te agnoscat, vt alienum non sequatur, sed te: neq; audiat vocem alienorum, sed tuam, qua dicis. Qui mihi ministrat, me sequatur. Qui viuis & regnas in secula. Oremus.

Sane

Oratio.

SANCTE Spiritus, qui te Deum ac Dominum
 reuelare dignatus es mortalibus immensam
 tuæ pietatis gratiam postulamus, vt sicut vbiuis
 spiras, sic & huic famulo tuæ affectum deuotio-
 nis indulgeas: & quoniam tua sapientia est con-
 dita, tua quoque providentia gubernetur, quam
 iuxta tibi consuetam gratiam vnctio tua de om-
 nibus doceat, & per intercessionem beatissimi pa-
 tris nostri Benedicti, quem præcipuum huius san-
 ctæ institutionis legislatorem dedisti, necnon &
 aliorum sanctorum, ad quorum nomina petiti-
 onem facit, fac eam à vanitate seculi veraciter con-
 uerti, & sicut es omnium peccatorum remissio,
 deprimentes impietatis obligationes in eâ dissol-
 ue, & ad obseruantiam huius sancti propositi fac
 eam certatim feruere, vt in tribulationibus, &
 angustijs tua indeficienti consolatione valeat res-
 pirare, & iuste, & piè, per veram humilitatem,
 atque obedientiam in fraterna charitate funda-
 tus, quod te donante hodiè promittit, foelici per-
 seuerantia compleat. Qui cum Deo Patre, san-
 ctoque vnigenito filio eius Domino nostro Iesu
 Christo viuis & gloriaris Deus per infinita secula
 seculorum. *Resp. Amen.*

¶ His

FORMA

¶ His completis, vertit se ad benedicendum indu-
 menta monachalia, absolutè incipiens orationem.

*qui se
 in som
 uenla
 w*

Domine Iesu Christe, qui tegumen nostræ
 mortalitatis induere dignatus es, obsecra-
 mus immensam tuæ largitatis abundan-
 tiam, vt hoc genus vestimenti, quod sancti patres
 ad innocentia, vel humilitatis indicium abrenun-
 tiantes seculo ferre sanxerunt, tu ita be-
 nedice, & sanctificare digneris, vt hæc famulus tuus,
 quæ hoc indutus fuerit indumento, te quoque
 induere mereatur. Qui viuis & regnas in secula
 seculorum. *Resp.* Amen. Oremus.

Oratio.

DEVS æternorum bonorum fidelissime pro-
 missor, & certissime persolutor, qui vestimē-
 tum salutis, & indumentum iucunditatis tuis
 fidelibus promissisti, clementiam tuam humili-
 ter exposcimus, vt hæc indumenta humilitatem
 cordis, & contemptum mundi significantia, qui-
 bus famulus tuus sancto visibili est informan-
 dus proposito, propitiis bene-
 dicas, vt beatæ abnegationis habitum, quem te aspirante susci-
 pit, te protegente custodiat, & quam vestibus ve-
 nerandæ religionis induis temporaliter, beata fa-
 cias

cias immortalitate vestiri. Per Christum Domi-
num nostrum. Oremus.

Oratio.

Domine Deus bonarum virtutum dator, &
omnium benedictionum largus infusor, te
subnixis precibus deprecamur, vt has vestes
benedicere, & sanctificare digneris, quas famu-
la tua pro iudicio agnoscenda religionis induere
vult, vt inter reliquas ^{Sorores.} fratres tibi cognoscatur
dicat. Per Dominum nostrum.

Quibus completis, nouitius, ac indumenta præ-
fata adoleantur incenso, & aqua benedicta asper-
gantur. Postea pater genuflectens in medio ante
altare incipit cantare.

Hymnus.

Veni creator spiritus, mentes tuorum visita:
implete superna gratia, quæ tu creasti pectora.
Qui paracletus diceris donum Dei altissimi, fons
vuius, ignis, charitas, & spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere, dextræ Dei tu digitus,
tu ritè promissum patris, sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus, infunde amorem cordi-
bus: infirma nostri corporis virtutè firmans pere-
petim.

FORMA

Hostē repellās longiūs, pacemq; dōnes protinus;
ductore sic te præuiuo, vitemus omne noxium.

Per te sciamus da patrem, noscamus atq; filium:
te vtriusque spiritum credamus omni tempore.

Gloria patri domino, natoq; qui à mortuis sur-
rexit, ac paracleto, in seculorum secula. *Resp. Amē.*

¶ Chorus vsque in finem profequitur. Interim
pater exuat nouitium habitum nouitiale, di-
cendo hunc versum.

Affra
gar de aqua
ij est deo
Exuat te Dominus veterem hominem cum acti-
bus suis.

¶ Subsequenter induat eum vestibus benedictis,
dicens hunc versum.

Affra
gar de
scilicet
sol
Induat te Dominus nouum hominem, qui secū-
dum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate ve-
ritatis.

Quo induto, pater absolute incipit orationem.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius charita-
tis ardore succensus hęc famulus tuus stabi-
litate suam tibi in hac congregatione promit-
tendo, tuo iugo collum submittit; cōcede propi-
tius, vt in vltimo tui examinis die in dextera tua
collocatus, cuncta deuotionis suę promissa se-
adim;

adimpleſſe latetur. Per Chriſtum Dñm noſtrum.

Oratio.

DEus qui beatiffimum Benedictū abstractū à mūdi turbinibus tibi ſoli militare iuſiſti tribue quæſumus huic famulo^{his} tuo^{is} ſub eius magiſterio ad tuum ſeruitium feſtinanti, ^{bus}perſeuerādi instantiam, & perfectam vsq; in finem victoriā. Per Chriſtum dominum noſtrum. Oremus.

Oratio.

PRæſta Domine famulo^{bus} tuo^{is} renuncianti ſecularibus pompis gratiæ tuæ ianuas aperiri, quæ deſpecto diabolo, cōfugit ſub titulū Chriſti, iube eū^{is} venientem ad te ſereno vultu ſuſcipi: ne de eā^{is} valeat inimicus triumphare, tribue ei brachium infatigabile auxiliij tui, & mentem eius^{is} fidei lorica circunda, vt pericula cuncta, & diaboli tentamenta ſe gaudeat eualiſſe. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Quibus completis, pater det ei osculum pacis, & ſic ſucceſſiuè omnes fratres à choro venientes. Poſtea ſurgens de loco illo, iaceat ſuper vnum latus ante altare honeſtè ſuper pallio nigro ad hoc præparato, facie, manibus cum pedibus de cuculla coopertis, poſitis duobus cereis, vno ad ca-

FORMA PROFES.

put, & altero ad pedes, in signū, vt viuat mortuis,
& moriatur viuens.

Completa verò post communionem, sacerdos siue
diaconus vertens se ad ipsum, mediocri voce di-
cat.


Surge quæ dormis, & exurge à mortuis, & illumi-
nabit te Christus.

¶ Tunc ipse frater surgat ad communionem. De-
um pater benedicat eum dicens.

Benedictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, &
Spiritus sancti descendat super te, & maneat sem-
per. Amen.

¶ Postea assignetur sibi locus in ultimo professo-
rum gradu.

FINIS.



CATALOGVS

MAXIMORVM

PONTIFICVM ORDINIS SAN


ctissimi Patris Benedicti, Imperatorumq; , Re-
gum, Principum, Ducum, Comitum, Docto-
rum, aliorumque illustrium virorum qui primi
verbi Dei præconio multas prouincias ad Christi
fidem traduxerunt, decerptus ex grauis. autho-
ribus Petro Damiano Cardinali, Beda, Antonio
no, Bernardo, Paulo Diac. Leone Cardinali, chro-
nica antiqua manuscripta, quæ habetur in mona-
sterio S. B. Florentiæ, Desiderio, Theodoro, Sa-
bellico, Raymundo, Tritemio, ac innumeris alijs,
quos inuenies in historia monastica Petri

Calzolaij nuper in lucem edita, apud

quos copiosè leges vitas, & res

gestas, ac monasteria in

quibus florere.



PIO CANDIDO Q;
LECTORI.



D V E R T E charissime
Lector, in hoc Diui Benedi-
dicti instituto nunquam
praesulem vnum generalis-
simum, veluti in alijs ordi-
nibus, fuisse: neque Ponti-
ficibus maximis id institui
placuisse: in causa videtur
fuisse innumera Abbatiarum multitudo, quae ce-
teros omnes religiosorum ordines semper anteci-
uit: fuerunt enim aliquando huius sancti insti-
tuti (vt Ioannes Baptista Folengius testatur in li-
bro quae super psalmos edidit psalmo. 101.) septē
supra triginta millia cœnobia. Singulis igitur re-
gnis singuli praeficiuntur generales, omnesq; ma-
ximum Pontificem superiorem agnoscunt: vna
autem Cluniacensis Abbatia in Gallia, caput ali-
quando extitit etiam omnium Abbatiarum, quae
in Hispania numerantur. Cisterciense quoque
cœnobium fuit (quin etiam nunc est) caput mo-
nasteriorum omnium, quae ordinis Diui Bernar-
di

di ab imperitis appellantur. Id tamen te, amice lector, monitum velim, hoc sanctissimum institutum, cum annorum decursu sensim à pristino illo rigore aliquantulum descuiisset, sanctos quosdam Dei viros monachos cupientes suum ordinem ad priorem vitæ austeritatem reuocare: aut noua condidisse cœnobiaz, aut iam condita reformasse, vt puriori ac integriori vita religio sancti Benedicti coleretur. Ij verò distinctionis causa vestis etiam colorem aliqua ex parte mutauerunt: (nec enim regula id prohibet, quin etiam cap. 55. præcipitur de vestimentorum coloribus monachos non causari) illi autem ipsi monachi ex loco vbi monasterium condebant, aut quauis alia de causa nuncupabantur, vt Cluniacenses, ex Cluniaco, Cistercienses, à Cistercio. Quamobrem voce tantillum, vestiumque colore discrepamus, cum re ijdem omninò simus. Nam cum non mutarent quidquam ex instituto vitæ in aliam atque aliam congregationem migrabant, quod perindè est ac si essent alterius prouinciæ, & eiusdem ordinis in alijs institutis: nisi quòd diuersæ prouinciæ habent eundem Generalem fratrem: Diui autem Benedicti multæ Congregationes, multos Generales agnoscunt. Itaque

quem vulgus imperitum Diui Bernardi ordinem vocat, vir peritus Diui Benedicti appellauit, congregationis vero Cisterciensis, aut Cluniacensis. Nec Diuus Bernardus aliter videtur sensisse in Apologia ad Gulielmum Abbatem, qua ruina[m] sui ordinis monachorum deplorans, ait: Heu me miserum, qualemcunq[ue] monachum: Cur adhuc viuo, videre ad id deuenisse ordinem nostrum, ordinem scilicet, qui primus in ecclesia fuit imò à quo cœpit ecclesia: quod ipsum varijs etiã locis scribit. Ex quo liquet non de sua, sed aliorum congregatione loqui. Hoc idem non vulgaris notæ authores aduerterunt, inter quos numeratur Onuphrius Panuinus vir omnis antiquitatis peritissimus in lib. de P[ro]tifi. qui Pontifi. max. ex hoc nostro ordine recensens, Diui Benedicti instituti vocat, congregationis vero Cisterciensis. His ita positis, in hac nostra tabella eum seruauimus ordinem, vt aliquot illustriora congregationum omnium nomina declarentur. Propria virorum nomina quæ barbara erant, hoc est minimè Latina non mutauimus, nec enim licet sed vt ex authoribus deprompsi, ita ea seruauimus.

Vale, & boni consule.

VNDE ORIGINEM TRAHAT
Congregatio Cisterciensium monachorum.



Voniam à quamplurimis ignoratur, vnde originem duxerit congregatio monachorum, qui Diui Bernardi vulgo nūcupantur, operepretium mihi facturus sum visus, si paucis explicuero, quid ea de re scripserint authores haud spernendi. Ijs igitur placet eius sodalitiij authorem fuisse Robertum abbatem abbatiæ Molismensis, ordinis sanctissimi Patris Benedicti quæ in tractu Lingoniensi (qui Langres dicitur) est sita, in Ducatu Burgundiæ. Cum his ergo animaduertisset monachorum sui monasterij mores luxu disfluere, & ab obseruantia regulari sanctissimi patris nostri Benedicti deflectere, socijs sibi monachis vno supra. 20. eiusdem monasterij adiunctis, vitæ integritate conspicuis, omiſſa abbatiæ in Cauilionensem comitatum (vrbem Ducatus Burgundiæ non mediocrē) secessit. Constitit porrò cum socijs in loco solitudini per accōmodo, ab omni tumultus frequentia longè summoto (quod Cistertium appellatur) vnde Cistercienses ipsi nominantur. Vbi strictissime sanctiss. patris nostri Benedicti regulam seruabant,

& quia tunc temporis omnes ferè monachi Gal-
liæ minus obseruantes erant, vt ab ipsis diuide-
rentur, vestium colorem iuxta regulam cap. 55.
mutarunt. Ob quam mutationem reprehendun-
tur à S. Petro Mauricio eo tempore Cluniacensi
Abbate. Instituit autem hoc Cisterciense monaste-
rium, annuentibus, & comprobantibus Gualtero
Cauilionensi Episcopo, & Hugone Lugdunensi
Archiepiscopo, & Othone Burgundiæ Duce. At
discedente Roberto Abbate à Molismensi mona-
sterio, monachi ipsi Molismensis, Deo bene iu-
uante, pœnitentia ducti, Deo ad perfectam regu-
larum obseruationem sese retulere, contende-
runtq; ab Episcopo Cauilionensi vt Robertum
ad se remitteret: qui tamen ante suum discessum,
Cisterciensi congregationi Stephanum admiran-
da sanctitate, & prudentia virum, Abbatem præ-
fecit. Post quindecim annos, sanctus Bernardus
in Burgundia ortus, in Castello Fontanis dicto,
cuius dominus, eiusdem pater erat, hoc monaste-
rium est ingressus, vnà cum socijs triginta, inter
quos tres eius erant fratres, qui non multò post
ob insignem vitæ sanctimoniam, & singularem
eruditionem Abbas est electus, destinatusque ad
instituendam Abbatiam Clareualensem in lingon-
nibus

nibus, seu mauiſ Langres, non procul ab Alba flumine, quæ prius vallis abſinthij nuncupabatur. Hanc congregationem magno abbatiarum numero à ſe inſtitutarum, ita auxit, & ornauit, vt eius primus author videri poſſit. Geſta hæc ſunt Henrico quarto Imperatore, Gallorum verò Rege Philippo ſecundo, cognomento Craſſo (vt author eſt Paulus Æmilius) anno à Chriſto nato. 1098.

(58)

EPITOME VITÆ SANCTISSIMI
Benedicti monachorum patris almiſici.



A N C T I S S I M U S
Pater Benedictus natione
Italus, Nursiæ Prouinciæ
ortus eſt, oppido in Sabi-
nis haud incelebri, fami-
lia eo tempore domi, fo-
risque potente, ac illuſtri:
parentibus verò pietate in-

primis conſpicuis, quibus nomina fuere Pro-
prius, & Abūdantia, anno à partu Deiparæ Virgi-
nis quadringēteſimo nonageſimo ſecūdo, Pōtifice
maximo Ioāne primo, ac Romanorū Imperatore

Iuſti

Catbalogus rerum illustrium

Nota à
quanta
pfectio-
ne almi-
ficus pa-
ter ince-
pit.


Iustino primo, is admodum adolescētes duodecim
nempe annorum relictis literarum studijs Romæ
vbi traditus à parentibus fuerat, vastam, deser-
tamque solitudinem adiens, integrum triennium
in ea confecit, rerum cœlestium contemplationi
deditus, ac omnibus ignotus, vnus duntaxat Ro-
mani monachi (à quo monachalem habitum ac-
ceperat) ministerio contentus. Nec diu delituit,
nam singulari eius virtutum fama longè lateque
diffeminata, tantus vndiq; ad eum factus est con-
cursus, vt scribi vix possit. Ex ijs quamplurimi
mundi neglectis, & conculcatis illecebris, mo-
nasticam disciplinam sub eius instituto decreue-
runt suscipere. Inter cætera plurimaque cœnobia
quæ tot hominum millibus Christo educandis
fundauit, illud religiosissimum & antiquissimum
est, quod in Samnitibus extruxit, Casinense nun-
cupatum anno Domini. 522. Atq; in ea regione
(vt Gregorij magni verbis vtar) præter innumera
miracula, quibus mirum in modum enituit, sciē-
tiæ quoq; verbo, non mediocriter fulsit: nam in-
gentem paganorum multitudinem continuâ præ-
dicatione ad Christi fidem conuertit. Scripsit etiã
monachorum regulam, discretionem præcipuam,
sermone luculentam, quam idem beatissimus.

Gregorius Papa (qui & vitam, & res gestas eius secundo Dialogorum libro copiosè exequitur) confirmavit. Obijt tandem anno Domini. 542. Inditione. 5. vigesimoprimo die Martij, Sabbato sancto : ætatis vero suæ anno. 62.

LITERÆ BEATI GREGORII PAPÆ

de approbatione Regulæ sanctissimi

Benedicti.



GO Gregorius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsul scripsi vitam B! Benedicti, & legi Regulam, quam ipse sanctus manu propria scripsit, laudavi eam, & confirmaui in sancta Synodo, & per diuersas partes Italiae, & vbicunq; Latinæ literæ legerentur, præcepi, vt diligentissimè obseruarent quicunq; ad conuersionis gratiam accessuri essent vsque in finem mundi: & confirmo duodecim monasteria, quæ ipse sanctus construxit, & cætera quæ habentur in Priuilegio monasterio Sublacensi concessio.

ALIA CONFIRMATIO

Zachariæ Papæ. I.

Catalogus rerum illustrium



Acharias Episcopus seruus seruorū
Dei omnibus Christi sanguine redemptis salutem, & apostolicam benedictionem. Omnipotenti Deo cuius melior est misericordia super vitas, gratias agimus, qui gloriosus in sanctis, suis, atque mirabilis est, & virtutes ac dona ineffabili largitate dispersgit, ipse quippe beatissimum Benedictum Patrem omnium constituit monachorum, ipse illius meritis Casinense monasterium in solo Tertulli patritij fundatum omnibus per totum orbem cœnobijs celeberrimum clementi benignitate præfecit: vbi ipse sanctus monachorum regulam scripsit, quam sanctæ memoriæ Gregorius prædecessor noster in lib. Dialogorū satis approbat, & laudat: & nos approbamus, & laudamus, & sanctam instituimus, & ordinauimus in dedicatione eiusdem Ecclesiæ dum ibidem cum 13. Archiepiscopis, & 68. Episcopis, adessemus: cōstitutes etiam, & qui contra hoc venire attentauerint, anathematis vinculo innodati.



Regulam sanctissimi Benedicti esse prius ab Ecclesia confirmatam, etiam Regula Sancti Basilij, ac Augustini attestantur

om.

omnes iuris Pontificij Doctores. De quo vide Felinum id expressè asserentem in Rubrica de maiorita. & obedientia. vbi allegat omnes scribètes in cap. Quorundam, de electione. in 6. Et in cap. Avaritiæ, de præbendis. In cap. Deus qui, de vita & honestate clericorum: & alijs pluribus in locis. Postremò dicit istam esse communem omnium, de quo vide Bartholomæum Cassaneū in 4. parte sui cathalogi gloriæ mundi. 54. consideratione & sequentibus. Vide Dominicum. c. Episcopus, versiculo ex quo infertur q̄ monachi. 17. distinctio.

DE excellentia huius Regulæ vide Gregorium magnum in 2. lib. Dialogorum: vide librū de conflictu vitiorum, qui est in operibus sancti Leonis Papæ. Tu ergo iuxta regulas patrū viuere semper stude, maximè autē sancti confessoris Benedicti: & non declines ab ea quò quàm, nec illi addas quicquàm, nec minuas: totū quod sufficit habet, & nusquā minus habet: cuius verba, atq; imperia sectatores suos perducāt ad cœli palatia. Vide etiā Bonignū ep̄m Succiesem in lib. de Ecclesiasticis Sacramentis, vbi inter alia multa, hæc de sanctissimi Benedicti regula testatur dicēs.

Sed

Sed longo post tempore Benedictus monachorū apostolus, velut lucifer matutinus emicuit: qui compendiosam, & luculentam viuendi regulam monachis instituit: quam in fine ita conclusit. Facientibus hæc, regna patebunt æterna. Cuius æmulantes vitam, atq; doctrinam multi religiosi cœpere, iam non solum in villis, & montibus, in syluis & in suburbijis, sed etiam in ipsis ciuitatibus, habitacula construere monachorum: & sub regula beati Patris iugo se amicæ mancipare seruitutis: ex quibus multi admirabiles florere Episcopi, qui non solum Romanam Ecclesiam, cui præfuerunt: à fundamentis reædificauerunt, verū etiam sæuiente symoniachorum tempestate, ac bacchante fornicantium rabie clericorum, pro defendenda fide catholica, ita validissimè dimicauerunt: vt possimus dicere cum Propheta. Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes essemus.



Ide etiam Archiepiscopum Florentinū in 2. parte suæ historiæ, titul. 15. §. 7. fol. 134. vbi conferens regulam beati Benedicti cum omnibus alijs regulis, sic ait.

Scrio

Scriptit regulam discretionem præcipuam, sermone
 luculentam, & præ cæteris (vt ita dicam) in singulis
 directiuam: nam regula Basilij satis intricata est:
 regula Augustini multum generalis, & ad particu-
 laria parùm descendens: regula sancti Francisci
 breuis, & propterea multa præcepta ibi scrupulis
 plena: sed regula sanctissimi Benedicti singula
 quæque clara descripsit. Adducitur præterea hæc
 sancta regula tanquam summæ authoritatis innu-
 meris locis Conciliorum, maximè autem in Con-
 cilio Constantinopolitano. 6. statim in principio,
 vbi 4. c. quod est de instrumentis bonorum ope-
 rum toti populo Christiano proponitur, cuius
 Concilij verba hæc sunt. Cum ergo omnium scri-
 pturarum sanctarum pagina, instrumentis bono-
 rum operum refertæ sint, ac sanctarum scriptu-
 rarum campis possint inueniri arma, quibus vi-
 cia comprimantur: libuit nobis huic nostro capi-
 tulari inserere sententiam cuiusdam patris de in-
 strumentis bonorum operum, in qua magna bre-
 uitate, quid agi, quidve vitari debeat continetur,
 & quæ ibi habentur: in Concilio etiam Magun-
 ciaco, cap. 12. vbi hæc habentur verba. Ac deinde
 decreuimus sicut sancta regula dicit, vt monaste-
 rium, vbi fieri possit per decanos ordinetur &c.

Concilio
 Costan-
 tinopol.

Concil.
 Magun.

cap. etiã. 20. adducitur c. 66. regulæ ab illo verbo: monasteriũ aut si fieri possit &c. dicẽs etiã sicut in sancta regula præcipitur, quod de regula sanctiss. patris nostri Benedicti loquatur manifestum est, cum statim verba ipsius regulæ adducat ipsum cõciliũ in cõcilio Cabilonẽsi habito sub Imperatore Carolo Magno multa de regula sanctissimi Benedicti habentur. Et in concilio Magũtino hæc inter alia notanda maximè habetur. Non tamen iustũ negocium est contradicendũ propter necessitates diuersas: quia legimus sanctos Apostolos negociassc, & in regula sancti Benedicti præcipitur, per quorum manus negociũ monasterij fiat. Omitto innumera alia loca breuitatis causa. Adducitur etiã varijs locis Decreti & Decretaliũ, vt in 17. q. 1. c. Gonsaldus presbyter. Item. 18. q. 1. c. Statutũ est. Item. 18. q. 2. c. Perniciosam. Et extra. de regularibus. c. Super eo. Et extra. Ne clerici vel monachi. cap. 1. & in multis alijs locis breuitatis causa prætermisissis. Diuus etiã Thomas varijs in locis adducit regulam hanc, maximè in opusc. 19. contra impugnantem religionem. & 2. 2. quæst. 161. & 162. & 187. per multos articulos. Sub hac igitur sanctissima regula militarunt, qui

sequuntur.

Cõcil.
Cabilio.

Cõciliũ
Magũt.



Dionysius Abbas, & doctor : hic primus
mira arte composuit quem Ecclesia nūc
habet computum, anno Christi. 532.

Calsiodorus doctor. 575.

Sanctus Leander Archiepiscopi His-
palensis. 590.

Sanctus Isidorus doct. & Archiepisc. Hispalen. 630.

Ioannes Lusitanus doctor. 600.

Sanctus Columbanus doctor, & Abbas. 600.

Claudius doctor. (:::) 603.

Sanctus Illephonsus Archiepiscopus Toleranus, &
doctor. (:::) 640.

Sanctus Casarius doctor, & Archiepisc. Turonensis. 670.

Anselmus Episcopus, & doctor. 680.

S. Teodorus doctor, & Archiepiscop. Cantuarien. 690.

Egidius medicus doctor. 700.

Sanctus Beda venerabilis doctor, & horum trium, qui
sequuntur, magister. 720.

Alcuinus Abbas, & doctor. (:::) 720.

Ioannes Scotus doctor. (:::) 720.

Claudius doctor. 720.

Hos tres institutores fuisse Parisiensis, & Papiensis
Academiarum, Caroli Magni tempore, author est
Zabarella Cardinal. in Clement. prima. de Magi-
stris, in. 5. q. & D. Antoninus in 2. part. historix, lib.
14. cap. 4. §. 12.

S. Ioannes Damascenus doctor. (:::) 760.

Rabanus Archiepiscop. Maguntinus, & doctor. 820.

Hunc volunt quidam Academiæ Parisiensis crecto-
rem etiam fuisse.

Cathalogus rerum illustrium

Haymo Episcopus & doctor.	834.
Theodolphus doctor. inter alia composuit Hymnum, quem in die Palmarum dicimus, Gloria, laus, & ho- nor.	838.
Strabo doctor primus author glossæ ordina.	846.
Constantinus doctor medicus.	883.
Sanct. Remigius episcopus, & doctor. (??)	885.
Sanct Bertarius doctor, & martyr.	885.
Paschasius doctor.	(:§:) 885.
Radulphus doctor.	(:§:) 948.
Ambrosius Ansbertus doctor.	890.
Adeobaldus Archiepiscop. Ultraiect. & doctor.	1027.
Hermanus dictus contractus doctor inter alia, antipho- nam Beatæ Virginis Salve Regina composuit.	1040.
Burchardus Iuris doctor.	1068.
Sanct. Odilo Abbas Cluniacen. doct. hic post festiuita- tem omnium Sanctorum celebrari voluit omnium defunctorum commemorationem, in omnibus mo- nasterijs Cluniacensi subditis, quod ab ecclesia statim fuit receptum, & seruatum, id quoniam pacto euene- rit, exponit S. Petrus Damianus. Vide Durandum in rationali, & T. rite. vbi supra.	1040.
S. Petrus Damianus doct. Cardi.	1060.
Sigismundus Archiepiscop. Antuerpien.	1040.
Leo Cardi. historicus, doctor.	1060.
Lanfrancus Archiepiscop. Cantuarien. doctor.	1070.
Albericus Cardin. & doctor.	1070.
Alfanus Archiepiscop. Salernitanus, doctor.	1070.
Sanctus Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, do- ctor.	(:§:§:) 1080.

Hic

Hic præcepit festum Conceptionis Beate Virginis Mariae in toto suo Archiepiscopatu celebrari, auctore Archiepiscopo Florentino in vita eius.

Sanctus Gulielmus doctor.	(::)	1080.
S. Anselmus Episcop. Lucensis, doctor.		1080.
Marianus doctor.	(::)	1080.
Sanctus Bruno Episcopus Sigenensis, & doctor.		1086.
Stephanus doctor, & Episcopus.		1107.
Sigisbertus doctor.	(::)	1116.
Sanctus Rupertus Abbas, & doctor.		1124.
Sanctus Rupertus alius doctor.	(::)	1124.
Rudolphus doctor.	☞	1125.
Hugo doctor.	(☞)	1120.
Conradus doctor.	(::)	1140.
Gratianus doctor.	(☞)	1143.
Gregorius Cardinalis, & doctor.	(::)	1144.
Bernardus Cardinalis, & doctor.		1144.
Sanctus Bernardus magnus doctor.	(?)	1153.
Sanctus Petrus Mauritius Abb. Cluniacensis, & doctor.	(☞)	1153.
Guillermus Abb. & doctor.		1155.
Arnoldus doctor.	(☞)	1160.
Richardus doctor.	☞	1160.
Abbas Ioachim doctor.	(??)	1200.
Rupertus doctor.	(::)	1200.
Helmandus doctor.	☞	1200.
Gilbertus doctor.	(::)	1200.
Adilrederus doctor.	☞ ☞	1200.
Lapus Iureconsultus doctor.	(::)	1340.
Petrus Verchoritus doctor.	(::)	1360.

Catalogus rerum illustrium

Petrus Cosmographus doctor.	(:::)	1360.
Henricus Gulpen. Iureconsultus doctor.		1430.
Abbas Panormitanus Cardinal. doctor.		1435.
Nicolaus Cosmographus doctor.	(:::)	1470.
Bellarion Cardinal. doctor.	(:::)	1473.
Conradus doctor.	(:::)	1486.
Ioannes Tritemius doctor.		1494.
Ignatius doctor.	(:::)	1520.
Paulus Orlandinus doctor.	(:::)	1519.
Gregorius Cortesius Cardinal. doctor.		1548.
Ioannes Baptista Folengus doctor.	(:::)	1556.

Omitto sciens, prudensq; innumeram doctorum multitudinem, quis enim recensere posset quindecim mille supra septingentos doctores qui in hoc ordine floruerunt. Vide Tritemium in libro de scriptoribus, & in historia monasterij Hirsaugiensis.

NOMINA MAXIMORVM PONTIFICUM
 ex ordine Sanctissimi Patris nostri
 Benedicti electorum.



ANCTVS GREGORIUS Magnus, ex monacho ordinis sancti BENEDICTI monasterij sancti ANDREAE Romae, eligitur Pontifex maximus, anno Domini, 590. scilicet autem annis 14.
 Hic multa instituit, ex quibus pauca subiiciam, primus dixit

in Bullis, Seruus seruorum Dei. Præcepit initio on-
 nium horarum canonicarum dici, DEVS in adiato-
 rium, cum Gloria Patri, quod iam præceptum fue-
 rat à sanct. P. Benedicto. cap. 9. suæ regulæ: Introi-
 tum Missæ cum vno versu alicuius psalmi ordinauit,
 & Kyrie eleison in Missa nouies iterari: & in canonicæ,
 Diesque nostros in sua pace disponat. Maiores item
 supplicationes instituit, & stationes plurimas orati-
 onemq; dominicam mox post canonem super hostiam
 censuit recitari, cantus denique ac orationem ecclesi-
 astici officij institutionem ipse sanctis. Pontifex insti-
 tuit. Concilium etiam Romæ de exemptione mona-
 chorum celebrari. Hæc, aliæq; per multa leges apud
 Iacobum Philippum Bergomentem; vulgò supplemẽ-
 rum chronicorum appellatum.

Sanctus Bonifacius. 4. ex monasterio sancti Sebastiani Anno
 Romæ, auctore Theodorico Priore monasterij san- Dni.
 cti Lotharigi, in Germania, in tractatu de viris illu- 606.
 stribus ordin. S. Bened. & in hist. peruersa manu
 exarata, que habetur in bibliotheca Abb. Florentiæ
 ordinis S. B. Sedit ann. 6. mens. 8. dies. 12.

Hic instituit festum B. Mariæ, & omnium mart. 4.
 Idus Maij celebrari, quod Grego. 4. ordi. S. B. tran-
 stulit in kalen. Nouemb. omnibus sanctis commu-
 ne præcipiens monachis etiam facultatem prædi-
 candi dedit. Durandus in suo rationali.

Sanctus Adeodatus ex monasterio S. Erasmi in mon-
 te Corio. auctores Platina, Pet. Cardinal. sedit ann.
 4. menses. 2. dies. 2.

(:::)

k 4

San-

Anno.

Cathalogus rerum illustrium

679. Sanctus Agatho. 1. autho. Petro Damia, Theodoric. Plati.
sedit ann. 2. mens. 6.
684. Sanctus Benedictus. 2. vt habetur in libro, qui dicitur
Cathe. pontifi. & histo. manuscripta. sedit mens. 10.
dies. 27.
689. Sanctus Sergius. 1. Antiqua histor. sedit ann. 13. mens.
10. dies 22.
Hic inter alia in Missa instituit dici, Agnus Dei.
701. Sanctus Ioannes. 6. martyr. Raymundus. sedit ann. 3.
mens. 2. dies. 13.
714. Sanctus Grego. 2. cathe. pontificalis. sedit ann. 17.
731. Sanctus Gregorius. 3. cathed. pontifi. sedit ann. 10. mens.
8. dies 24.
Hic primus deposuit Imperatorem Leonem 3. mul-
taque alia memoranda fecit, quæ breuitatis causa o-
mitto. Supplementum chronicorum, & Petrus Cal-
zolaius.
741. Sanctus Zacharias. 1. cathe. pontifi. Panu. sedit ann. 10.
mens. 3. dies. 15.
752. Sanctus Stephanus. 3. ex monast. S. Gryfogoni. Platin. &
alij, sedit ann. 5. mens. 2.
767. Philippus. 1. Abbas S. Viti Romæ. autho. Platina in vita
Stephani. 3. Panui. in epist. pontificum, sedit ann. 1.
796. Sanctus Leo 3. cathed. pontificalis, sedit ann. 20. mens.
5. dies 18.
816. Sanctus Stephanus. 4. monachus monaste. S. Chryfogoni
Romæ, auth. Panui. & cath. pontifi. sedit mens. 6. di. 23.
817. Paschalis 1. Abbas sanct. Stephani prope sanct. Petrum,
authores Platina, & Panuinus, sedit ann. 7. mens. 3.
dies 16.

(:???)

Valen-

- Valentinus 1. Cath. pontifi. & antiqua histo. sedit mens. 827.
1. dies 10.
- Gregorius 4. ex monast. Fossæ nouæ, in quo post annos 828.
plurimos ad strictiorem regulæ obseruantiam redu-
cto per Cistercienses. D. Thomas Aquinas obiit, Gui-
do monachus Clarauallensis author, sedit ann. 16.
- Sanctus Leo. 4. ex monast. S. Martini Romæ. Cath. pon 847.
tificalis. auth. Guido. Theodoricus, Tritermi. in histo.
monast. Hirsangiensis. sedit ann. 8. mens. 3. dies. 6.
- Stephanus sextus, ex monaste. Prandali. Theodoricus. 897.
sedit ann. 1. mens. 2. dies. 19.
- Leo quinto, ex monaste. Prandali. authores Theodor. & 805.
Triterm. mens. 1. dies. 10.
- Syluester 2. ex monast. Floriacensi. autho. Triterm. Panui. 998.
quem falsò quidam aiunt malis artibus pontificatum
iniisse, sedit ann. 4. mens. 6. dies 12.
- Ioannes. 9. Panuino autho. sedit ann. 2. dies. 15. 898.
- Sergius 4. histo. antiqua, & cathed. pontifi. sedit ann. 2. 1009.
mens. 9. dies. 12.
- Ioannes. 20. seu (vt alijs placet) 19. ex monaste. S. Ana- 1024.
stasij Romæ. authores Guido, Theodo. sedit ann. 8.
mens. 9. dies. 9.
- Sanctus Leo. 9. autho. Tritermius in histo. Hirsangiensis. 1049.
sedit ann. 5. mens. 2. dies. 8.
- Stephanus. 9. ex Abba. Casinensi. authores Tritermi. & 1057.
Panui. sedit mens. 7. dies 28.
- Benedictus decimus, ex monaste. sanct. Anastasie Ro- 1058.
mæ. author Theodoricus in schismate Papa creatus
Pontificatum deponere coactus est. sedit tamen men-
ses. 8. dies. 20.

Catalogus rerum illustrium

- Anno. Alexandr. Cath. pontifi. & antiqua histo. multa ab eo
 1061. instituta leges in supplemento chronicorū. sedit ann.
 11. mens. 6. dies. 22.
 1073. Sanctus Gregorius. 7. ex monaste. Cluniacensi mona-
 chus; & postea Abb. S. Pauli Romæ. autho. Panuinus,
 Tritem. apud quos in eius vita multa scripta digna le-
 ges. Sedit ann. 12. mens. 1. dies. 3.
 1086. Victor. 3. ex Abbate Casinensi. autho. Tritem. Panu. sedit
 ann. 1. mens. 3. dies. 24.
 1088. Urbanus. 2. ex monaste. Cluniacensi. autho. Tritem. Panu.
 sedit ann. 11. mens. 4. dies. 18.
 Hic Archiepiscopatum Tolletanum Hispaniarum
 primatem declaravit, cum ellet Archiepiscopus To-
 lleranus Bernacuse monachus, & Abb. S. Facundi, &
 Primitivi: officium etiam B. Mariæ quotidie à cleri-
 cis, & monachis recitari, simul, & in diebus sabbatis
 eiusdem beate virginis officium solenniter celebra-
 ri instituit.
 1099. Paschalis. 2. ex monasterio Cluniacensi, vel (vt autho. Pe-
 trus Calzolarius dicit) Casinensi. Panuinus, Tritem.
 sedit ann. 18. mens. 5. dies. 9.
 1102. Sylvester. 3. ex Abbate monaste. Farsensis in schismate
 papa eligitur. autho. Panui. & alij. sedit. mens. 1. di. 9.
 1118. Geladius. 2. ex monasterio Casinensi. autho. Tritem. Panui.
 sedit. ann. 1. dies. 5.
 1119. Callistus. 2. ex monaste. Falerio in Gallia, vt vult Gui-
 do, sed vt Raymundo placet, ex Cluniacensi. sedit
 ann. 5. mens. 10. dies. 13.
 1144. Eugenius. 3. ex Abbate monasterij sanctorum Vineon-
 rij, & Anastasij ordinis Sancti Benedicti, congrega-
 tionis

- tionis Cisterciensis. autho. Panui. & alij: fedit ann.8. Anno. Dñi. 1153.
- Augment. 4. dies. 12. Anastasius. 4. ex Abbate cœnobij sanct. Rufi. autho. Panui 1153.
- Tritemius. fedit ann. 1. mens. 4. dies. 24.
- Adrianus. 4. ex Abbate monasterij sanct. Rufi. cathed. 1154.
- pontifi. autho. Tritemius, Panuinus, Supplementum
chronicorum. fedit ann. 4. mens. 8. dies. 38.
- Paschalis. 3. ex Abbate monasterij Scruntensis. cathed. 1164.
- pontificalis, Panuinus, electus in schismate. fedit an-
nos. 15. mens. 1. dies. 1.
- Gregorius. 8. cathe. pontifi. antiqua historia. fedit mens. 1187.
- 1. dies. 27.
- Gregorius. 9. ex monaste. Camaldulensi. dubitatur ta- 1127.
- men à quibusdani an fuerit monachus; lege autho.
Pet. Calzolarij. fedit ann. 14. mens. 15. dies. 3.
- Sanctus Cœlestinus. 5. ex Abbate ordinis S. Benedicti 1194.
- congregationis Cœlestinorum, quam ipse instituit.
autho. Pet. Calzarius, Panor. fedit mens. 5. dies. 7.
- Hic sponte sua pontificatu abdicato ad monasterium
recessit.
- Benedictus. 12. ex Abbate monasterij Fontis frigidij ordi- 1334.
- nis sancti Benedicti congregationis Cisterciensis. Pa-
nuinus, & alij, fedit ann. 7. mens. 4. dies. 6.
- Clemens. 6. ex Abbate monasterij Casæ Dei, deinde 1342.
- monasterij Hiteaensis in Normandia. Tritemius, &
Panuinus vbi supra. fedit ann. 10. mens. 7. dies. 1.
- Urbanus. 5. ex Abbate monasterij sanct. Victoris Massi- 1362.
- liensis. Naucleus in historia. & Panuinus. fedit ann.
1. mens. 2. dies. 23.

288 (155) ogu 11

... (:) ... Paul

Catalogus rerum illustrium

Paulus 4. ex monacho S. Scuerini Neapolis, sedit ann.
4. menses. 2. dies. 4. vixit anno Domini. 1555. de quo
aliqui dubitant an monachus fuerit.

Constantinus. 2. abdicato pontificatu fit monachus in
monasterio Nouercellæ, vel (vt alijs placet) in Ca-
sinenfi.

Christophorus. 1. abdicato pontificatu fit monachus in
monasterio Casinenfi.

1407. Gregorius 12. deposito papatu fit monachus Anconæ.

¶ Horum omnium Pontificum vitas, & res gestas co-
piosissimè descriptas leges apud suprâ citatos autho-
res: maximè verò apud Petrum Calzolarium in hi-
storia monastica.

¶ Sunt omnes numero quos ipse viderim apud nomi-
natos supra authores præter illos, qui deposito pon-
tificatu nostrum ordinem sunt ingressi. 46. anni verò
quibus ecclesia per ipsos gubernata est. 293. mensis. 1.
dies. 26.

¶ IMPERATORES AC CÆSARES
monachi, qui sponte sua dimisso imperio ordinem
Sanctissimi Patris nostri Benedicti
ingressi sunt.

ANASTASIUS secundus Imperator, Anno Do-
mini. 715.

Theodosius tertius Imperator. ((:::) 720

Michael primus Imperator. (???) 800.

Lotharius Imperator. (???) 855.

Imperator Bulgarum. (???) 886.

Hugo

Hugo Imperator.	☩	920.
Michael quartus Imperator.	☩	1036.
Isacius Imperator.		1060.
Emanuel Imperator.	(:?:) (?)	1068.
Alexius Cæsar.	(?) (?)	841.
Ioannes Eunuchus Cæsar.	(:§:)	855.
Constantinus Cæsar.	(:§:)	1039.

REGES MONACHI QUI ETIAM
sponte relicto Regno ordinem sanctissimi Patris
nostri Benedicti professi sunt.

D iuus Sigismundus Rex Burgundiæ; & martyr. Anno Domini.		515.
Cassimirus Rex Poloniæ.	(:):	550.
Sanctus Sigisbertus Rex Nontumbriæ.		639.
Sanctus Sebbus Rex Angliæ.		639.
Bamba Rex Hispaniæ.	(::)	670.
Elteredus Rex Merciar.		704.
Offa Rex Angliæ.	(:?:)	709.
Cheneredus Rex Merciar.		709.
Ina Rex Angliæ.	(:?:)	740.
Carolus Magnus Rex Germaniæ.		740.
Rachis Rex Italiæ.	(:§:)	740.
Geoluphus Rex Notumbriæ.	(:§:)	780.
Beremundus Rex Castellæ.		786.
Esbertus Rex Notumbriæ.	(:::)	800.
Pipinus Rex Italiæ.		805.
Trebellus Rex Bulgariæ.	(:?:)	862.
Sautocopius Rex Moraviæ.	(?)	894.
		Al-

Cathalogus rerum illustrium

Alphonſus quartus, Rex Castellæ fuit monachus in monaſterio ſanct. Facundi & Primitiui, anno Dñi.	916.
Salomon Rex Vngariæ.	1045.
Henricus Rex Dinamarchiæ	1136.
Raimirus Rex Aragoniæ.	(:::) 1147.

RECENSET ETIAM PET. CAL-
zolarius alios Imperatores, ac Reges, qui sub
 iugo regulæ ſanctiſſimi Patris noſtri Bene-
 dicti, monaſticam vitam profeſſi ſunt.
 Quorum hæc ſunt nomina.

T heophilus Imperator, anno Domini.	800.
Ludouicus Pius Imperator.	840.
Michael 5. Imperator.	(::) 1083.
Romanus Cæſar.	910.
Chilericus. 2. Rex Franciæ.	(::) 721.
Childericus Rex Angliæ.	741.
Theodoricus Rex Galliæ	(:::.) 695.
Pipiniſ Rex Aquitaniæ.	815.
Alphonſus ſextus, Rex Castellæ fuit nouitiſ in monaſterio Sanct. Facundi, vbi nunc eius corpus con- quieſcit.	1088.
Simeon Rex Bulgariæ.	(:):) 922.
Magnus Rex Daciæ.	1040.
Ioannes Rex Luſitaniæ.	(:::.) 1380.

ALIQUOT REGVM ET IMPERA-
torum filij monachi ordinis ſanctiſſimi Pa-
 tris noſtri Benedicti.

SANCTUS FRESUS, S. FOLIANUS, & S. ULTRANUS FRATRES, FILII	
REGIS HIBERNIÆ, ANNO DOMINI.	638.
SANCTUS ENDOCUS FILIUS REGIS BRITANNIÆ.	657.
VUILLEVALDUS, & VNEUALDUS FILII RICHARDI REGIS ANGLIÆ.	(::) 802.
DROGUS FILIUS CAROLI MAGNI.	822.
PIPINUS, & HUGO EIUDEM CAROLI MAGNI FILII.	830.
LOTHARIUS, & CAROLUS MAGNUS FILII CAROLI REGIS FRANCORUM.	841.
Huius tempore institutum est festū Conceptionis Beatae Virginis Mariæ à monacho ordinis nostri eiusdem Regis fratre Patriarcha Aquileiæ, authore Anselmo in quadam epistola, quod etiam Dionysius Carthus. in sermone Conceptionis Beatae Virginis adducit.	
FEDERICUS FILIUS REGIS LUDOUICI FRANCORUM TERTII.	962.
LANDULPHUS PRINCEPS SALERNI.	1000.
GUAFIERUS PRINCEPS SALERNI.	1012.

¶ DUCES MONACHI ORDINIS
Sanctissimi Patris nostri Benedicti.

DIUS ANSELMUS DUX MUTINÆ, ANNO DOMINI.	740.
TASILUS DUX BAUARIÆ.	801.
IOANNES PERTICIACUS DUX VENETUS.	(::) 810.
BUGESIUS DUX SPOLETI.	(::) 815.
SANCTUS DIETRAUDUS, & SANCT. ANCIGRADUS DUCES IN GERMANIA.	(::) 815.
GULIELMUS DUX GASCONIÆ.	(::) 840.
SANCTUS VRSUS DUX VENERUS.	864.
SANCTUS GUILLERMUS. 2. DUX GASCONIÆ.	812.
	Pe-

Cathalogus rerum illustrium

Petrus Urscolus Dux Venetus.	(20)	990.
Tribunus Memus Dux Venetus.	(20)	1000.
Petrus Gradenicus Dux Venetus.		1017.
Gerardus Dux Sueviæ.		1040.
Sanctus Adelmarius tutor Pipini Regis Italiæ.		1012.
Encherbaldus Imperatoris elector.		1020.
Beardus Imperatoris elector.	(:)	1031.
Sigifridus Imperatoris elector.		1070.

¶ ALIQUOT DE MVLTIS COMI-
res monachi ordinis sanctissimi Patris nostri
Benedicti.

B earus Florus Comes Angloriæ, anno Domini.		564.
Bandisiglus Comes Palatinus.		603.
Radelchius Comes Castani.	(§)	820.
Rodolphus Comes Barchinonis.	(::)	898.
Sanctus Brunus Comes Burgundiæ.		895.
Hermanus Comes Ederingiæ.	(§)	1040.
Brunus Comes Vuittembergæ.	(:)	1105.
Hugo Comes Matifconæ.		1113.
Guido Comes Ambiani.	(::)	1120.
Richardus Comestabilis Franciæ.		1181.
Sanctus Gulielmus dominus Montispesulani.		1301.
Otho filius Marchionis Austriæ abdicato episcopatu fit monachus.		1199.
Philippus filius Ducis Albanæ, hic deinde fuit Cardi- nalis.		1550.

Omitto innumeros alios tam Duces quam Comites, &
eorum ac Regum filios, brevitatis gratia, eos videre
poteris in Petro Calzolario, & alijs supra citatis.

IMPERATRICES MONIALES
ordinis sancti Patris nostri Benedicti.

ZOA Imperatrix. anno dñi.	(:???:)	613.
Maria Imperatrix.	(???)	1006.
Euphrosina Imperatrix.	(???)	815.
Sancta Richarda Imperatrix.	(???)	889.
Sancta Cunegunda Imperatrix.	(???)	1025.
Gunigunda Imperatrix.	(::)	1039.
Agneta Imperatrix.	(:)	1057.
Augusta Imperatrix.	(:???:)	1190.
Constantia Imperatrix.	(???)	1195.
Helisabeth Imperatrix cum Agnesa Regina Vngariæ, & Cuetâ comitissa Oxtigenæ filiabus suis, & Anna Regina Poloniæ, & Cecilia Duce Villæ neptibus suis.	(:???:)	1290.

REGINÆ MONIALES ORDINIS
sanctissimi patris nostri Benedicti.

B Eata Batilda Regina Galliæ anno.	(:???:)	662.
Sancta Alfedra Regina Nontumbriæ.		670.
Nuenecca Regina Austurum, & Legionensis.		686.
Sesburba Regina Canciæ.	(???)	740.
Etelburga Regina Saxonæ.	(:?)	740.
Sancta Erelreda Regina Merciæ.	??	740.
Thesia Regina Papiæ.	(:???:)	740.
Alfreda Regina Marcæ & Nontumbriæ.		975.
Ferasia Regina Toleti.	(???)	1006.
Mathilda Regina Angliæ.	(:???:)	1010.
	L	ALI-

¶ ALIQUOT ERVDITIONE ILLUSTRES FEMINÆ ORDINIS SANCTISS. PATRIS NOSTRI BENEDICTI, QUÆ SCRIPTIS CLARUERE.

R osida, anno Domini.	☩	877.
Sancta Elisabeth.	(???)	1165.
S. Hildegardis, cuius opera approbantur Con- lio Treuerensi.	(☩:):	1180.
Sancta Hiltrudis.	☩	1300.
Sancta Metilda.	(???)	1300.
Sancta Elisabeth alia (teste M. Marulo) monasterij Co- magenæ, quo tamen vixerit tempore, sub iudice ad- huc est.	(:::)	

¶ REGNA ET PROVINCIÆ AD Christi fidem per monachos sanctissimi patris nostri Benedicti traductæ.

Sanctissimus Pater noster Benedictus multos Italiæ populos prædicatione continua ad Christi fidem conuertit, vt auctor est beatus Gregorius. 2. lib. Dialogorum.

¶ Hispania conuersa est ad fidem Christi ab impia Arrianorum hæresi per sanctum Leandrum Archiepiscopum Hispalen. & sanctum Vincentium martyrem, & Abb. sanct. Claudij monachos Legion. an. 580.

¶ Anglia conuersa est per sanctos Augustinum, Miletum, Iustum, Laurentium, monachos monasterij S. Andree Romæ, qui missi sunt à beato Gregorio papa. an. 603.

¶ Longobardi etiam conuertuntur ad fidem Christi per S. Gregorium magnum, anno.

- ¶ **T**esandria regio Germaniæ conuersa per sanctum Lambertum martyrem monachum cœnobij Stabulæ in comitatu Hegre. anno. 622.
- ¶ **F**ranconia per sanctum Rilianum martyrem monachum in Scotia. ann. 622.
- ¶ **O**landia, & Frisia, per sanctum Vilfridum monachum monasterij Hirpi in Anglia. ann. 683.
- ¶ **F**risia etiam conuertitur per sanctum Vilprodum monachum monasterij Ripæ Angliæ, anno. 693.
- ¶ **B**arneturnij, & Saxones per sanct. Suibertum monachum in Anglia. anno. 693.
- ¶ **L**ismerch, & Elest, & Bethna conuertuntur per sanctum Vberensfridum, & Aldebertum monachos in Anglia. anno. 693.
- ¶ **T**ota Germania, & Frisia conuertitur per sanctiss. ac nunquam satis laudatum Bonifacium martyrem, monachum D. Michaelis in Anglia, vbi eius parentes eū quinque natum annos Deo in monasterio obtulerunt. Anno domini. 740.
- ¶ **S**axonia conuertitur per sanctum Stornum monachū & Abb. sanct. Michaelis in Anglia. ann. 806.
- ¶ **B**emoides, & Dreut regiones Franciæ conuertuntur ad fidem per sanctos Vilcaldum, & Flugderum monachos monasterij Vilbrodij. ann. 801.
- ¶ **D**acia, Suecia, Gothia, per sanctiss. Ansgarium abb. & Rhambertum, & Adelgarium, & Binicum monachos monaste. Corbiæ in Gallia Belgica, quos misit Ludovicus Pius Imperator. anno. 830.
- ¶ **H**oriolus Danorum Rex cum vxore & filijs conuertitur ad fidē per monachos monast. Corbēis. an. 826.

Catalogus rerum illustrium

- ¶ Vlsalia ciuitas max, Sueciæ per S. martyrem Steplianum monachura monasterij Corbiæ, anno dñi. 830.
- ¶ Gascunia per Album monachum monast. Floriaci, & Abba. in Gallia, ann. 970.
- ¶ Vngaria per S. Adelbertum mart. & Gaudentium fratrem eius monachos monasteriorum Calinensis, & sancti Alexij Romæ. ann. 973.
- ¶ Vngaria iterum conuertitur per S. Gerardū, & Maurum mart. & monachos monast. Sanct. Gregorij Venetijs, ann. 1007.
- ¶ Lituania, & Russia per sanct. Brunum mart. & monachum monast. S. Alexij Romæ. 1018.
- ¶ Vngaria, & Polonia conuertuntur ad fidem Christi per SS. martyres Benedictū, Nethanaclem, Ioannem & Isaacem, ac Christianum monachos Fuldensis, ac beati Adelberti martyris eiusdem monaste. monachi discipulos, anno Domini. 982.
- ¶ Vuandalia prouincia Germaniæ per S. Vicelinum & Tiedmarum Luthbertum, Eppum, & Brunum Gallos monaste. Falderæ monachos. Hos, compertum est posteriores tempore D. Bernardi fuisse quo tamen anno, dubium est.
- ¶ Prouincia Pomeraniæ per Othonem sanctum, monachum monasterij Babergæ in Germania. ann. 1125.
- ¶ Polonia per S. Benedictum, monachum monast. S. Alexij Romæ, & per S. Iacum & Mattheum martyres & monachos montis Calini. ann. 1130.
- ¶ Russia per sanct. Bonifacium mart. & monachum monasterij Classis in littore maris Rauenniæ. ann. 1154.
- ¶ Lituani per sanct. Hieronymum monachum Camaldulensem. ann. 1415.

Innumeros martyres omitto breuitatis gratia, non tamen silentio præteribo vna eademque hora accidisse in monasterio Insulæ Liuni in Gallia Abbatem cum 500. monachis ab impijs Christi hostibus martyrio affici anno. 815. quod etiam contigit in nostra Hispania in monasterio S. Petri de Cardena, duobus à Burgis miliaribus distante Abbati fratri Sancio cum ducentis monachis, anno Christi 884. in die Sanctorum martyrum Iusti & Pastoris. Fuit etiam hac nostra tempestate inter multos monachos martyres, qui in Gallia, Germania, & Anglia passi sunt. Beatissimus Thomas Archiepiscopus Cantuariensis ab Henrico Rege Angliæ. 8. secundo martyrio insignitus, oisibus nempe eius igne concrematis: cum iam olim ab Henrico. 2. Angliæ Rege propter tuendam ecclesiæ libertatem martyrio esset coronatus anno Christi. 1074.

¶ PERILLVSTRES ALIQVOT Fœminæ tam genere, quam sanctitate Ordinis sanctissimi patris nostri Benedicti.

- S Ancta Scholastica Abbatissa soror S. Benedicti, anno Domini. (:::) 532.
 S. Florentina Seuerij Ducis Carthag. filia, soror sancterum Leandri, & Isidori. ann. 591.
 S. Termina filia Dagiberti Regis Angliæ. ann. 640.
 S. Arongosta filia Garcemberti Regis Cantie. an. 640.
 S. Eldiuerga filia Annæ Regis Angliæ orientalis. an. 640.
 S. Bildechiida comitissa Palatina. ann. 606.
 S. Fara filia comitis Palatini. ann. (:::) 620.

Catbalogus rerum illustrium

S. Vualburgis filia Regis Angliæ. anno. (:::)	801.
S. Elgina Aluredi Regis Marciæ filia. anno.	893.
S. Bertæ Comitis Berniæ filia. an. (:::)	1143.
S. Gutta Comitis Spancheina filia. an. (:::)	1189.
S. Magireta comitis spanctreim filia. ann.	1189.
S. Beatrix Ducis Ferrariensis filia. an. (:::)	1241.
S. Edilburga abbatissa. ann. (: ?)	620.
S. Salberga abbat. anno. (:??)	630.
S. Isida abbatissa. ann. (:??)	630.
S. Angadrißima abbatissa. anno. (:??)	682.
S. Osta abbatissa. ann. (:::)	1078.
Sancta Humiliata abbatissa. ann. (:::)	1301.
Sancta Berdiana. ann. (:::)	1370.

¶ In monasterio Horrei in Gallia fuerunt nouem abbatissæ sanctæ. successiue, vt dicit Brusius, quorum nomina hæc sunt S. Irma, S. Modesta, S. Iulia, S. Helya, S. Anastasia, S. Basilissa, S. Lucia, S. Rothedis, S. Seuera, quo tamen tempore fuerint non omnino certum est; Brusius dicit fuisse tempore sanctæ Gertrudis.

¶ Constantia vnica filia Gulielmi Regis Appuliæ: cum hac dispensatum fuit, in voto solenni religionis per Clementem. 3. ann. 1185.

NEC velim putes lector, omnes hic recenseri, qui in hoc sanctissimo florere ordine, aut nunc florent. Quis enim tantorum annorū tantā præcellētium hominum multitudinem oratione, aut memoria valisset perstringere? Illustriores ergo aliquot hic recensentur, multis, ac pene innumerabilibus silentio inuolutis. Doctiss. vir Tritemius reperisse ait se, prodixisse

ex hoc ordine sanctorum in diuorum numerū relatorū
 15. milia sexcentos, exceptis multis, quorū nomina ad se
 non venere: Doctores verò. 15. mille septingentos: Car-
 dinales plures ducentis: archiepiscopos mille sexcētos:
 Episcopos. 4. mille: Patriarchas etiā multos. Hæc om-
 nia, & multa alia huius sacri ordinis copiosè leges apud
 authores supra nominatos, præter quos. Vide Platinam,
 Panuinum, Raphaelē Volateranum, Vincentiū historio-
 graphum, Paulū Emiliū, Guilhelmum historiographū,
 Pium secundum Pontificem maximū in historia Europæ,
 Virgiliū Polidorum, Ioannem Magnum in historia Go-
 thorum, Gregoriū Archiepiscopū Turonensem, Michae-
 lem Richium in sua historia, Guidonem monachū Cla-
 raualensem, & alios quos omitto breuitatis causa.

HVnc ego laborem subeundum duxi, non vt ex eo
 aliqua mihi merces foret captanda, non enim me
 latet quàm id tenue sit, quod à me modo præsta-
 tur: sed id maxime curauī, vt siqua possem huius tem-
 poris monachorum præclara ingenia, qualia multa nūc
 florent apud nos ad nauandam operam accenderem, vt
 nobis ipsis consulentes decorem, ac splēdorem tanti or-
 dinis quoad fieri possit, restituere studeamus: & qui
 tot, ac tantas merito iactamus imagines, non degeneres,
 & nocti appareamus mūdo, sed illustremus etiā & nos
 illustrissimum institutum nostrum: vt sicuti cœlesti Dei
 dono in eandem sodalitatē asciti sumus, ita cœ-
 lestis quoque Hierusalem cohabitatores
 efficiamur.

S. PLACIDVS.

